caplo ſe. va. vt gereñ. vices ep̄i. qđ intel
ligūt Inno. ⁊ Panor. ſiue ep̄s erat tunc
de caplo ſiue nō. et ſentit glo. in. d. c. du=
dum. xviij. q. ij. ꝙ ſucceſſor tenet̄ exequi
preceptū vel mandatū factū predeceſſo
ri ſub noīe dignitatis. ad hoc. c. i. de ſo.
cū ibi no. glo. in. c. lr̄is. de reſcrip. Inno.
in. d. c. qm̄ abbas. ſed hoc non obſtat. qꝛ
bene verū eſt ꝙ nolatio directa ep̄o ſub
noīe dignitatis non expirat ꝑ mortē ep̄i
nec alterat̄ ꝑ mortē eius. xij. q. ij. liberti.
et tranſit ad ſucceſſorē vt in cōtra. tamē
exhibitio ſiue inſinuatio eiuſdē que fue
rat facta predeceſſoris perſone cum ſit
ꝑſonalis nō realis extinguitur ꝑ mortē
ꝑſone. ſicut cū diſpoſitio eſt perſonalis
extinguit̄ mortua ꝑſona. c. ꝑuilegiuꝫ. de
reg. iu. in. vi. cū ibi no. c. aduerſus. iūcta

Excōi= catō nō trāſit in ſucceſſo rem.

glo. de imu. ec. vbi excōicatio lata cōtra
ep̄m noīe dignitatis expreſſo nō tranſit
in ſucceſſorē qui non reperit̄ contumax
vel delinquēs. ideo ſi excōicat̄ vicarius
ep̄i nō tranſit in ſucceſſorē. c. i. de offi. vi=
ca. in. vi. ⁊ dicit glo. in. c. ij. de teſta. in. vi.
ꝙ officiū exequēdi teſtamentū nō tran=
ſit ad ſucceſſorē executoris. etiaꝫ ſi noīe
dignitatis expreſſo fuerat ꝯſtitutus exe
cutor. quia diſpoſitio illa fuit ꝑſonalis
vt ibi no. tñ ꝓ prima parte ferūt arreſtū
in parlamento interueniſſe.

Bñficio rū vaca turoruꝫ collatio an poſ= ſit ꝯmit ti vica= rio pti= culari:

a ¶ Vicariis. aut gñalibus aut ſpecia=
libus ad hunc actū: licet ep̄s non poſſit
cōmittere in genere collationē bñficioꝝ
vacaturoꝝ vicario particulari: niſi ſuo
officiali vel vicario generali. ar. c. delibe
ratiōe. §. prohibemus. de offi. leg. in. vi.
vbi glo. de ro. deci. cclxxxviij. ⁊. cccxxvij.
no. in. c. ſtatutū. de p̄ben. co. li. Panor. in
c. cōſtitutus. de ꝯceſ. p̄ben. vbi glo. vide=
tur aliter ſentire: ꝙ
lꝫ ep̄s non poſſit in
ſpecie delegare ptā=
tem ꝯferendi certū
beneficiū vacaturū
quia poſſet fieri in
fraudē concilij nulla. de conceſ. p̄ben. vt
habetur in. d. c. ꝯſtitutus. ⁊ in. c. fi. eo. ti.
poteſt tamē in genere etiā nō vicario ge
nerali. qđ ſentit ibidem Hen. ſentit Jo.
an. in no. in. d. §. prohibemus. vbi dicit
aliud eſſe i epiſcopo ꝙ̄ in legato. ſentiūt
de rot. in aliqb[9] libris deci. xxij. cccxxix.
quia iuriſditio ordinarij eſt lata et fauo
rabilis. ideo amplianda ad omnia que
nō videntur prohibita. facit. c. cū veniſ=
ſent. de inſti. vbi patet ꝙ valet conceſſio
huiuſmodi poteſtatis facta archidiaco
no etiā perſonaliter. ſed cum Joh. and.
concor. Oldra. conſ. lxxvij. Et no. hic ꝙ
ſufficit exhibere nomē vel inſinuare no
minationē vicariis collatorum vel pa=
tronoꝝ. concor. ſ. in prin. huius. §. J. eo.
§. Item voluit cum ibi no. Sed nūquid
idem eſt de officiali epiſcopi in abſentia
ipſius epiſcopi: non: ad hoc em̄ ipſi[9] offi
cium nō ſe extendit. et officialis et vica=
rius epiſcopi ſunt diuerſi. c. cuꝫ nullus.
de tem. or. lib. vi. c. fi. de offi. vica. eo. lib.
vbi Joh. an. et moder. no. in cle. ij. de re=
ſcrip. Guil. in cle. i. de offi. vica. ⁊ preſer=
tim nos pariſieñ. et citramontani alios
appellamus officiales: alios vicarios.
no. Johan. and. in addi. ſpe. ſuper rub.
de offi. vica. que appellatio vulgaris eſt
attendenda. ff. de fun. inſtru. l. cum de la
nionis. §. aſinam. niſi fuiſſet etiam cōſti
tutus vicarius epiſcopi.

Inſinu atio qđ[9] fieri d=

b ¶ Aliter. i. non graduato ⁊ q̄lificato.
alij exponūt ⁊ male alit̄. i. facta q̄lifica=
to. nō ob. ꝙ nō exhibuerit nomē ſuū col
latori tpe q̄dragesime. volūt em̄ dicere
ꝙ dicta exhibitio nō eſt neceſſaria ita ꝙ
eius omiſſio viciet collationē in ꝯtrariū
factam: quod eſt falſum vt ſatis patet.

ꝙ vt pmittitur[a] facta:nō ꝓpter hoc irrita[b] cenſeatur[c]. ¶ Si aūt illi ad quos beneficioꝝ queuis diſpoſitio ſpectat cōtra ſupꝛadictarū[d] q̄lificationū deſignationē ꝛ oꝛdinē aliqd beneficium[e] cōtulerint:ſeu ad ipm

a ¶ Premittitur.§.§.inſuper.et ſe.
b ¶ Irrita.ſed nunqd re integra ꝛ an=
te vacationē bñficij potent graduatus
purgare moꝛā exhibēdo nomē poſt qua
drageſimam:nō.qꝛ durāte qdrageſima
hꝫ exhibere: vt.s.i
pn.huius.§.ꝛ ex cō
miſſione moꝛe ipo=
nit ſibi pena:vt hic
et acqrit oꝛdinario
libertas cōferendi:
ideo nō poterit pur
gare moꝛā in pꝛeiu
diciū oꝛdinarij.ad
hoc.l.thais.§.itra.
ff.de fideicō.li.de ſta.li.l.intra.de adul.
l.ſi marit⁹.ij.§.ſi negauerit.ff.de acqui.
here.l.q̄diu.i ex ua.Io.xxij.ſuſcepti.✠.
quā electionē.cuꝫ ibi no.per Geſ.ꝙ vbi
ex cōmiſſione moꝛe acqrit alteri ius vel
imponit ipſo facto pena nō pōt purgari
moꝛa.no.i.c.cupiētes.§.ꝙ ſi ꝑ vigin.de
elect.l.vi.ad hoc.c.lꝫ.de ſup.ne.pla.vbi
Hen.ꝛ moder.c.q̄ ſit.✠.alioqn.d elec.in
vi.no.in.c.moꝛa.de re iud.in.vi.doc.i.c.
qꝛ diuerſitatē.de ꝯceſ.pb.ꝑ Bar.i.l.ſi in
ſulā.ff.de ✠b.ob.Bal.in.l.ꝛ ſi poſt tres.
ff.ſi qs cau.Cy.in.l.ſi pacto quo penaꝫ.
C.de pac.l.l.magnā.C.de ꝯtrahē.ꝛ cō.ſti.

Mādata= ū apl'i= ū ꝛ no= iatio n q̄ dif= erunt.

c ¶ Cenſeatur.in hoc differūt manda=
tū apoſtolicū ꝛ noīatio vniuerſitatis ꝙ
mandatū aplicum de ꝓuidēdo cōtinēs
decretū irritans ligat manus oꝛdinarij
ꝛ afficit beneficiū ſine alia inſinuatione
vel pꝛeſentatione fienda oꝛdinario.c.ti=
bi qui.de reſcrip.in.vi.no.in.c.ſi ſoli.de
ꝯceſ.pben.eo.li.ſed noīationes nō ligāt
oꝛdinarios:nec afficiūt bñficia ante inſi
nuationē:vt hic.aliqui reddūt aliam ra
tionē ꝙ vniuerſitates nō poſſunt appo=
nere decretū in ſuis noīationib⁹ cū nul=
lus alius a papa vel ei⁹ delegato:etiā le
gatus poſſit īterponere decretū irritās
qd liget ignoꝛantē.qꝛ hoc eſt ꝯtra ius:ꝙ
ignoꝛās decreto liget.ff.de decre.ab oꝛ.
fa.l.ſi.le.ꝛ no.in.c.propoſuiſti.lxxxii.di.
iurta fi.ibi.his enī ignoꝛātibus.ad hoc
c.ij.de cōſti.no.Compoſ.in.c.capl'n.de
reſcrip.glo.magna circa fi.✠.itē querit
cuiuſmodi.Archi.i.c.ſi apoſtolice.de p=
ben.in.vi.Io.an.l.d.c.tibi qui.in no.ſꝫ
de legato multi tenuerūt ꝯtra ꝑ.c.cū di=
lect⁹.de iu.pa.vbi doc.Pau.i cle.i.de cō
ceſ.pben.Domi.in.d.c.ſi aplice.Gaſ.de
puſio.in trac.reſer.circa fi.pdicta tn̄ ra=
tio nō valet ad pꝛo
poſitū:cū decretuꝫ
irritās collationes
oꝛdinarioꝝ non eſt
vniuerſitatū ſꝫ hu=
ius ꝯcilij.et no.hic
ꝙ nō graduati non
ſunt ſimpliciť inca
paces hmōi benefi
cioꝝ curatoꝝū ciui=
tatū ꝛ villarū muratarū/aut alioꝝ bñfi
cioꝝ debitoꝝ graduatis:ſꝫ accumulati
ue:dūtaxat cōcurrentib⁹.ſ.graduatis q̄
eis pferunť/ſi ſuas diligētias fecerint.
d ¶ Supꝛadictarū.§.inſuper.ꝛ ſe.
e ¶ Beneficiū.ar.ꝙ nominationes nō
extendunť ad hoſpitalia que nō veniūt
appellatione beneficioꝝ:etiā ſi talia ha
beāt eccleſias annexas/et pcipiant deci
mas.ad hoc cle.per lras.de pbē.qd no.
Pau.in cle.qꝛ cōtingit.de relig.do.Ar=
chi.in.c.eum qui.de eo qui mit.in poſſ.
Flo.in.cle.i.de ſequeſ.poſ.niſi ad hoſpi
talia cōſueta conferri religioſis:vt l ele=
moſinarijs multoꝝ monaſterioꝝ:qua
rum pꝛouētus ad ipſas pꝑoſiti faciunt
ſuos:ſicut de alijs beneficijs qd non fa=
ciunt rectoꝛes alioꝝ hoſpitaliū.C.de
epiſ.ꝛ cleri.l.oꝛphanotrophos.d.cle.qꝛ
contingit.no.in ſi.geſ.in.d.cle.per litte=
ras.ideo religioſus nominatus ad bñfi
cia abbatis poteſt acceptare tale hoſpi=
tale:quia dicta cle.ꝑ litteras.non habet
locum in religioſis.per.d.cle.quia cōtin
git.§.pꝛemiſſa.et in religioſis videntur
eſſe eiuſdem conditionis/ꝛ ſunt amoui
bilia.de ro.deci.cclxv.aliter autē hoſpi=
talia non cōpꝛehenderētur ſub nomina
tionibus:etiā in caſibus in quibus da=
tur hoſpitale in beneficiuꝫ ſecularibus.
per no.in.d.cle.per litteras.in ✠.proui=
deri.et nō poſſet legatus huiuſmodi ho
ſpitalia conferre.vt ibi no.ꝛ Pau.lꝫ Io.
an.ſentiat contra.in.c.ſi.de offi.lega.in
vi.de quo dic:vt ibi per Domi.

Bñficiorum appellatione/an veniāt hoſpitalia?

pſentauerint vł quoquomō[a] diſpoſuerint: ſit ipo facto irritū ⁊ inane[b] velut[c] ſupius[d] pmiſſuȝ eſt. Et nichilomin⁹[e] p concilia puincialia[f] cuȝ in his defecerit: aut etiā pſonis nō idoneis[g] quoquomodo[h] puiderit iuxta tenorem cōſtitutionis cōcilij gñalis que incipit Graue: de pben dis corrigant ⁊ debite puniātur[i].
Illi vero ad q̄s bñficiorum regulariuȝ[k] ſpectat collatio ſeu diſpoſitio

a Quoquomō. alias q̄ ex cauſa permutationis ⁊ ſimplicis reſignationis. j. eo. §. item φ omnia.
b Inane. ⁊ collatio ſeu puiſio deuoluitur ad ſupiorē. ſ. eo. §. i. ꝟ. φ ſi q̄s. ⁊ tenebiẗ collator cōferre equalēs bñficiū iſti nō graduato vł non nolato bñficio ab eo euicto ſi ille collatarius ignorauit illud bñficiū eē debitum graduato vel nolato. ar. ff. de pigno. act. l. elegan ter. §. qui reprobos vij. q. i. pſtiū. c. paſtoralis. de iur. pa. c. iter cetera. de pre ben. cuȝ ibi no. vbi eps cōferēs ſciēter bñficiū alteri debitū ignoranti eo euicto teneẗ de equalēti puidere/ niſi eps ignoraſſet: q2 inſinuatio nō fuiſſet ſibi facta: ſȝ ei⁹ vicario in ſui abſentia/ aut lōgum tps elapſum fuerat ab iſinuatōe: q2 ceſſaret fraus ſup qua fundaẗ illud. c. iter cetera. Querīt an vigore noiatiōis poſſit acceptari bñficiū qđ vacauit ante datā nolationis vel ante ei⁹ inſinuationeȝ qđ reperiẗ adhuc vacās tpe iſinuatōis? ar. φ nō: q2 nolatio dirigiẗ ad vacatuꝝ: ſȝ hec dictio vacaturū eſt futuri tpis. ſic dȝ intelligi de poſtea vacāte. c. ſi ppter. de reſcrip. l. vi. no. Guil. in ex̄ua. Jo. xxij ſuſcepti. in ꝟ. vacātiū. Henr. in. c. tua. de ꝟb. ſig. nec eſt recedēdū a pprio ſignificato vocabuli: pſertim i materia odioſa ⁊ reſtrigibili vt ſunt nolationes. ar. c. ra dulph⁹. de reſcrip. c. q̄uis. c. cū in illis. de pbē. in. vi. p no. p Jnno. ⁊ Cōpo. in. c. cām. de reſcrip. ⁊ i ipſis ꝟba nō ſunt ampliāda. c. cui de nō ſacerdotali. de pb. in vi. dic ꝫ. q2 nolationes nō ꝯſueuerūt ꝯtinere φ puideaẗ de bñficijs vacaturis: ſȝ ſimpliciter φ de bñficijs ad collatōeȝ vel pſentationē ⁊c. ſpectañ. digneñẗ puidere. idē ſi dirigerenẗ ad bñficia vacatura. p no. in. c. ſi poſtq̄. glo. iij. de pb. l. vi. in. c. ſi caplo. in ver. caplo. de ꝯceſ. pben. eo. li. q̄ glo. volūt φ vigore gr̄e expectatiue de acceptādo pōt acceptari beneficiū qđ vacauit añ datā gr̄e. no. car. flo. in. c. ꝯſtitut⁹. de reſcrip. q2 pbēda vacās diciẗ vacatura q̄uſq3 ꝯferaẗ. p no. p Jnno. i. c. ppoſuit. de ꝯceſ. pbē. glo. i cle. cū ei⁹. §. ſec⁹. eo. ti. in ꝟ. noticia. fa. φ ꝟbū oportebit tā pn̄s q̄ futurū ꝯtinet. ff. de ꝟbo. ſig. l. verbū oportebit. hec vera niſi bñficiuȝ eſſet de nouo creatū poſt datam nolationis: q2 ad illud nō extenderet. arg. cle. lr̄as. de reſcrip. cum ibi no.
c Velut. i. ſicut. ff. de ſta. ho. l. aretuſa. ⁊ eſt expſſiuū veritatꝫ. C. de iu. dot. l. quotiēs. p doc. in. c. dudū. de pbē. in. vi.
d Superius. ſ. §. i. ꝟ. φ ſi quis.
e Nichilomin⁹. i. nō eo min⁹ icludit ad pcedētia. ſ. de elec. c. i. §. facta. ꝟ. ⁊ nichilomin⁹. j. de cōcu. c. i. §. ⁊ nichilomin⁹ ff. de edil. edic. l. cū mancipiū. vi bo. rap. l. ij. §. i. C. de iudi. l. pperandū. in fi.
f Prouincialia. que annuatim celebrari debent. c. ſicut. de accu.
g Non idoneis. qua pena puniātur indignos pmouētes. glo. ⁊ doc. in. c. nichil. de elec. in. c. graue. de preben.
h Quoquomō. ſiue ꝯferēdo/ ſiue pn̄tādo/ ſiue iſtituēdo. c. cuȝ i cūctꝫ. i fi. de elec. cū ibi no.
i Puniantur. ar. φ ſucceſſor nō ligeẗ ex iſinuatiōe nolatiōis facta ſuo pdeceſſori: al's ignorās puniret qđ eſſe nō dȝ. c. cognoſcētes. de ꝯſti. poſſet dici φ nō ligaẗ quo ad culpā et penā ſi eā ignorauent. c. i. de ꝯceſ. pben. in. vi. ſed bñficiū p eā bene affectū eſt iūcto decreto irritāte huius ꝯcilij. ita φ collatio alteri facta ñ valet. ſicut de decreto dr̄ φ ligat ignorātes q̄ ad afficiēdū bñficiū nō quo ad penā. no. Jo. an. in no. i. c. tibi q̄. de reſcrip. in. vi. vel dic melius vt. ſ. no.
k Regulariū. q̄ cadūt ſub gradu. ar. ſ. ꝟ. ſi aūt: ibi ad quos beneficiorum ⁊c.

Collator collatario teneẗ de euictōe

Bñficiū vacans tpe inſinuationiſ acceptari pt vigore nolationis.

Nomi tiōis nuati an lig ſucceſ rem.

vbi patet quenis bñficia cadere sub ordine et qualificatione graduatoꝝ.ſ.e.§. itē placuit.vbi cadūt ſub noiationibus. a ¶ Religioſis. expreſſe ꝓfeſſis.c.nullus.de elect.in.vi.qḋ loqtur in abbatia vł alia ꝑlatura regulari.hodie idem in ꝓlatib⁹ ꝛ adminiſtrationib⁹ monaſterioꝝ.cle.ne in agro.§.ſane.de ſta.mo. vñ ſecularibus cōferri nō debent.c.officij.c.cū ad nr̃am.c.cū cauſaꝫ.c.cū in magiſtrū.de elec.cū ſi.et vide qḋ no.ſ.e.§.i. in.ꝟ.pluralitatis. et ꝑ hunc tex.volunt quidā dicere ꝙ ſecularis diſpēſatus ad obtinendū bñficia regularia in cōmēdā non poſſit noiari ad bñficia regularia. ꝛ d.cūt arreſtū in parlamēto interueniſſe pro quodā religioſo qui prioratū in vim noiationis acceptauerat ꝯ quendā ſecularē taliter diſpenſatū qui ꝛ iure ordinario ꝛ in vim noiationis a collatore illuꝫ obtinuerat ꝓpter cōſequentiam ne hac via apta regularia turbarenť et a ſecularibus facile obtinerētur. Sed audiui ab alijs/ ideo religioſum obtinuiſſe: qa ſecularis fatebať prioratū vacaſſe in turno nomlatoꝝ ꝛ religioſus erat prius nominatus ꝙ̄ ipſe ſecularis quare merito obtinuit. Unde circa hoc aduerte: quia aut ſecularis diſpenſat⁹ eſt noiatus ad bñficia abbat' ſimpl'r nō facta mētione expreſſa de regularibus tūc nominatio nō extendereť ad regularia.ad hoc.c.cū de bñficio.de ꝑbē.in.vi.vbi mandatū de ꝓuidēdo ſecularib⁹ nō extendiť ad bñficia cōſueta gubernari ꝑ regulares: niſi expreſſe caueať. fa.c.poſſeſſiones. et qḋ ibi no.hoſt.de reb⁹ eccł.nō alie. ꝛ noiationes eqꝑantur gratijs expectatiuis ſ.e.§.i.ver. except'.ꝟ.volens itaqꝫ.ſ.§. placuit.in ꝑn.iō in his iudicandū eſt ſicut in gratijs.arg.c.inter ceteras.de reſcrip.cū ſi.niſi vbi aliud his iurib⁹ cauetur ꝛ in caſib⁹ in qbus differūt noiationes ꝛ grē. Itē noiationes ſicut grē expectatiue ſunt odioſe ꝛ reſtrigēde.c.ſpālis. de ꝑbē.in.vi.c.i.ꝛ.ij.de fi.pſby.c.li.ideo ḡnaliter date ad bñficia itelligunť de bñficijs cōuenictib⁹ ꝑmo et naturali ſtatu nolati:vt.d.c.cū de bñficio nō accidētali cū plus iſpiciať natura ꝙ̄ accidēs.ff.ad mace.l.i.c.porro.de ꝓuil'.c.cōmiſſum.de deci.c.i.de iu.pa.in.vi.l.qui hꝫ.ff.de tu. vbi Bar.aut noiatio hmōi ſecularis eſt expſſe ad bñficia regularia.tunc videť valere:qꝛ ꝑ diſpēſationē ſublata ē icapacitas ipſius ſecularis ꝛ poſſet obtinere bñficiū regulare iure ordinario ꝙ ad illud poterit noiari:qꝛ cōceſſo vno cocedūtur oia ꝑ q̄ ꝓueniť ad illud.l.ad rē.ff. de ꝓcur.cū ſi.facit no.in.c.in cauſis. de elec.ꝙ q̄ pōt eligere pōt et poſtulare cū tendāt ad eundē finē electio et poſtulatio.no.ſ.de elec.c.i.§.ꝛ cū humane.ꝛ ad hoc videť caſus in.d.c.cū de bñficio.i fi. ibi niſi hoc in lr̄is caueať expſſe. Quid ſi noiatus tpe date noiatiōis ḡnalis ad bñficia abbatis erat ſecularis:ſꝫ tpe vacationis prioratꝰ eſt religioſus ꝓfeſſus poterit in vim noiationis illū acceptare Jo.an.ꝛ archi.in pari q̄ſtiōe dicūt ꝙ nō in.d.c.cū de bñficio.cum inſpicienda ſit conditio et ſtatus quē habet nolat⁹ tpe date noiationis.c.i.c.ſi eo tpe.d reſcrip. in.vi.dic ꝯ.ꝑ.c.ei cui.de ꝑben.co.li.ꝑ qḋ ptꝫ ꝙ cū q̄riť de virib⁹ reſcripti reſpectu capacitatis impetrantis ſi ceſſat ſurreptio attēditur tēpus quo reſcriptū mandatur executiōi.in caſu autē iſto nulla ē ſurreptio: qꝛ noiatio eſt ḡnalis ad bñficia nō expreſſo regulari. iō adaptāda ē ad bñficiū ad qḋ reperiť nolat⁹ habilis tpe vacationis eiuſdē.ad hoc ſ.e.§.inſup.ꝟ.ꝙ ſi quis.cū ibi no.vbi inſpicitur tpūs vacationis bñficij ad reddendum quē habilē ad illud in vim gradus vel noiatiōis.Sꝫ attēta opi.cōi.q̄ ꝓ ꝟra tenetur ꝙ religioſus pōt d iure ꝓmoueri ad eccłiaꝫ parrochialē ſecularē. vt le.ꝛ no. in.c.in parrochia.xvi.q.i.in.c.qḋ dei timorē.de ſta.mo.vbi doc.Jo.an.in cle.i. de elec.Frede.ꝯſi.cxxxi.Hen.in.c.de⁹.de vi.ꝛ hone.cler.nūquid valeat nomiatio de religioſo ad hmōi eccleſiam ſi fuerit expreſſa? nō video prohibitum generalis non extēdereť ad eā ſi fuerit cōſueta regi ꝑ ſeculares.ar.d.c.cū de beneficio.

ꝑtermiſſis īdignis ead religioſis[a]

Diſpenſatō tollit incapacitatē impetrātis.

Nomiatio an extēdať ad bñficia regularia

Eccłia prochialis ſecularis pōt ꝯferri religioſo.

idoneis[a] ꝯferãt ⁊ aſſignẽt. ꝙ ſi aliter fecerint: p eoꝝ ſupiores[b] ⁊ capitula ꝓuincialia[c] corrigant ⁊ debite puniant. Datũ in ſeſſiõe nr̃a publica in eccl'ia maiori baſilienſi ſolẽnit celebrata nono kal'. Februarij anno a natiuitate domini. M. ccccxxxviij. Placuit[d] tamẽ ipi congregatiõi[e] vt grẽ expectatiue ⁊ facultates[f] nominãdi a ſũmo[g] pontifice emanate: ac noĩatiões exinde ſecute ſup quibus iuxta determinationẽ[h] decreti Baſili. concilij ꝓceſſus apoſtolici fuerunt expediti vſqꝫ ad paſcha ꝓximũ et nõ vltra[i] quoquo modo tolerent[k]. Jta tñ[l] ꝙ ſi interim etiã qñcũqꝫ decernat cõciliũ eas nõ eẽ vlteri⁹ tolerãdas. ⁊ qcqd ĩ hoc caſu ꝯciliũ ſtatuerit: decreuerit: ſeu declarauerit: rex et ecclesie ſuoꝝ regni ⁊ delphinatus gratũ habebũt[m] ⁊ acceptũ. quo ad alias expectatiuas aut noĩationes ſup qb⁹ nõ erãt ꝓceſſus expe

Prioratus vni us monaſterij an poſſit dari monacho alterius

a ¶Jdoneis. eiuſdem religiõis vel habitus. vt le. et no. in cle. i. de elec. vl' eiuſdẽ monaſterij qñ ſũt prioratꝰ vel officia regularia ſolita p ei⁹ monachos gubernari. c. cũ ſingula. §. ꝓhibemus. de preben. in. vi. cle. i. de ſup. neg. prela. per quã dicit ibi Guil. ꝙ abbas nõ poteſt dare poratũ monacho alteri⁹ monaſterij: niſi canonice eẽt tranſlatꝰ ad ſuum mõaſteriũ. nec valeret ꝯſuetudo i ꝯtriũ: vt no. Hen. in c. ſi. de reli. do. ⁊ d. cle. i. de elec. loquit in pncipalib⁹ prelaturis. idem Ste. ⁊ Jmol. niſi vbi non pñt in monaſterio idonei monachi reperiri: q: tũc poſſit auctoritate dyoceſani alteri ꝯferre. ꝺ pbẽ. graue. ne diu vacẽt bñficia dũ tñ ſit eiuſdẽ religiõis vel habitꝰ p. d. cle. i. de elec.

b ¶Supiores. fac iſte tex. ꝙ vbi collatio ſpectat ad ſoluꝫ prelatum regularẽ ꝯuẽtꝰ nõ ſuppleat eius defectũ vel negligentiam. ad hoc. s. eo. §. i. ꝟ. ꝙ ſi quis cum ibi not.

c ¶Prouicialia. ꝯcor. c. ea q̃. ꝺ ſta. mo. ¶Nono kal'. i. xxiiij. ianuarij.

d ¶Placuit. hic i vno caſu tolerantur gratie expectatiue.

d ¶Placuit. hoc verbũ eſt legis ꝓmulgatoriũ. l. i. ff. de ꝯſti. pn. inſti. ꝺ iure na. §. ſed qꝺ pncipi. xvi. q. i. placuit. c. i. de iud. c. i. de teſti. c. i. de pſcrip. cum ſi.

e ¶Cõgregationi. gallicane eccl'ie cuius ſunt hec ꝟba cum ſe. vſqꝫ ad decretum de cau.

f ¶Facultates. s. pſonales ꝯceſſe pncipibus aut alijs vt poſſent aliquos nominare ad bñficia vacatura. ſicut Jnno. vi. tpe ſuo cõceſſit Jo. regi francoꝝ facultatẽ noiandi ad pbẽdas. in. xxx. tam metropolitanis ꝙ cathedralib⁹ ⁊ collegiatis eccleſijs ſui regni: vt in extra. Jnno. vi. eximie deuotionis. realibus autem cõceſſis alicui dignitati imppetuũ per hoc non derogat cum priuilegiũ debeat eẽ mãſurũ. c. decet. ꝺ reg. iur. in. vi. cũ ſi. Sicut legit de ipatore ꝙ hꝫ puilegiũ a papa: vt i qlibet eccl'ia alamanie poſſit facere recipi vnũ canonicũ. not. ſpe. ti. de prebẽ. ad fi. Jo. and. in no. in. c. is cui. eo. titu. in. vi.

Regis francie puilegium circa vacatura.

g ¶Sũmo. ſi ꝗ ꝓceſſerit a legato ñ ſũt accepte nec poſſet hodie aliq̃ modo dare grãs expectatiuas. not. ĩ. eo. §. item voluit.

h ¶Determinationem. s. eo. §. i. ꝟ. exceptis.

i ¶Non vltra. hec limitatio non valuit in effectu cũ non potuerit eccl'ia gallicana imponere legem gratijs expectatiuis contra determinationem concilij loco preallegato.

k ¶Tolerent. ſi hec limitatio tenuiſſet interim nominationes vniuerſitatũ vires non habuiſſent. ne collatores nimiũ fuiſſent grauati. not. s. eo. §. inſup.

l ¶Jta tamen. hec ꝟba reſtringũt pcedẽtia. s. §. i. ver. nõ tñ. ibi ita tamẽ. ff. de manu. te. l. libertas. ad treb. l. lucius.

m ¶Habebunt. vt debent cum concilia ſeruare habeant. s. de auc. ge. conci. cap. ij. s. eo. §. i.

diti tp̄e decreti baſilieñſis ɔcilij ſe=
pedicti eas cēſent nō eē ām̄odo to
lerādas[a] ſʒ eas ex nūc habēt ⁊ cen
ſent rex ⁊ antedicti caſſas vacuas
nullas ⁊ ianes. ¶ Itē viſū[b] fuit ei=
dē ɔgregatiōi q̄ lʒ ɔciliū ſtatuerit[c]
vt dicte grẽ (ſi q̄ fiāt) ſint nulle ipſo
facto q̄ nichilominꝰ debēt ɔſtitui[d]
p̄ cōciliū ꝑues pene[e] aduerſus oēs
et ſingulos[f] q̄ de cetero eas īpetra
būt[g] ſeu acceptabūt vel fouebunt[h]
aut q̄ eis[i] vti[k] exinde p̄ſumēt vel co
nabūť[l] īuocādo[m] etiā ɔtra tales (ſi
opꝰ videať) auxiliū brachij[n] ſclarſ.
¶ Itē[o] circa clauſulā poſitā[p] ī ipſo
decreto q̄ īcipit. Neqʒ etiā collatio
nes p̄ preuētionē fiendas intēdit
impedire ⁊c. viſum eſt p̄dicte con
gregationi: q̄ quia indultum a iu=
re beneficium et maxime a ſacris
canonibus nemini debet auferri[q]
abſqʒ[r] ſui culpa: vt ait[ſ] Gregoriꝰ[t]

a ¶ Tolerādas. ſicut nec tolerate fue=
rūt p̄ conciliū. ſ. eo. §. i. v. exceptis.
b ¶ Itē viſum. expediēs foret ꝯ ipetrā
tes expectatiuas ꝑues penas īponere.
c ¶ Statuerit. ſ. eo. §. i. v. ceſſantqʒ.
d ¶ Cōſtitui. bo=
nū aduiſamētū: ſʒ
nō fuit executatū.
e ¶ Pene. ſtatuta
ſine penaꝝ adiecti
onibꝰ raro ꝓficiūt
no. l cle. i. d eta. ⁊ q̄.
f ¶ Singulos. vt
metu pene ab hoc
retrahanť. lxij. diſ.
docēdus. c. cū in cū
ctis. de elec. cap̄. vt
cler. d vi. ⁊ ho. cle. c.
i. de re iu. in. vi. l. i.
C. de emē. ꝑ. cū ſi.
et poſſet eccl'ia gal
licana ɔſtituere pe
nas ꝯ ipetrātes et
vtentes p̄ no. p̄ Jo.
an. in. c. fi. de offi. ar
chipreſby.
g ¶ Impetrabūt.
aliquando quis ex
ſola ipetratiōe pu=
nitur. c. ex tenore. d
reſcrip. cū ibi no. p̄
Hoſt. c. diſpēdia. e.
ti. li. vi. vbi archi. c.
ad falſariorum. in fi. de cri. fal.
h ¶ Fouebūt. preſtādo eis auxiliū/cō
ſiliū vel fauorē. c. ſi aduerſus. de here.
c. felicis. de penis. l. vi. c. fi. de ſciſ. eo. li.
i ¶ Eis. etiā antea ipetratʒ niſi iuxͣ li=
nutationē ɔcilij. ſ. eo. §. i. v. exceptis.
k ¶ Uti. ab vtētiū manibꝰ debēt grẽ ex
pectatiue euelli. ar. l. ſicut ſacrificia. C.
de paga. ⁊ debēt vtētes cōdēnari aduer
ſarijs ſuis in expenſis ⁊ dānis q̄ ꝓpter
hoc cōtigerit eos ꝑtuliſſe. c. ceterū. c. fi.
de reſcrip. c. diſpēdia. e. ti. l. vi. c. vt debi
tus. de ap. de do. ⁊ cō. ex lr̄is. J. cō. fri. ap.
c. i. ⁊ ſi nimia eoꝝ iprobitas iueniať etiā
ſeueritati ſubiacere iudicātʒ. C. ſi ꝯ ius
vel vti. l. et ſi legibꝰ. xxv. q. ij. ⁊ ſi legibꝰ.
et forte. l. cor. de fal. puniri. ar. l. ſi qs ir=
repſerit. ff. ad. l. cor. de fal. ſicut allegās
l. abrogatā crimī falſi ſubdiť. C. de iuſ.
C. cō. l. i. v. falſi crīmis. l. ij. §. hec ꝑ ola.
C. de ve. iu. enu. not. i. c. nouit. d iudi. ar
chi. l. c. fi. de offi. le. in. vi. vel ad arbitriū
iudicʒ. ff. de iu. de=
li. l. i. c. de cauſis. d
de offi. dele.
l ¶ Conabūť. cona
tꝰ plꝰ eſt q̄ ſimplex
volūtas ⁊ procedit
ad aliquē actū exte
riorē. l. ſi qs ñ dicā.
C. d epi. ⁊ cle. d pe.
di. i. §. ſi qs pulſatꝰ
l. is q̄ cū telo. C. ad
l. cor. d ſic. de pe. di.
i. §. ſi qs ñ dicā. ⁊ §.
ſeq. ſʒ vtrū ſola vo=
lūtas hēať ꝓ facto.
no. late doc. l. c. i. de
eo qui mit. i poſ. cā
rei ſer. Jo. an. l rl'a
i penis. d reg. iur. i
vi. in mercur.
m ¶ Inuocando.
ɔcor. c. i. c. qm̄. d of.
or. nā vtraqʒ ptās
p̄ alterā adiuuať. c.
ꝑnceꝑſ. xxiij. q. v. c.
cū ad verū. xcvi. di.
n ¶ Brachij. eccl'a
militās hʒ duo bra
chia: dextrū qd̄ eſt ſacerdotiū: et ſiniſtrū
qd̄ eſt ptās ſcl'arʒ. xij. q. ij. duo ſūt gn̄a. i
ex. boni. viij. vnā ſanctā. ⁊ q̄tū ala p̄ferť
corpi: tāto digniꝰ ē ſacerdotiū ſcl'aribꝰ.
c. duo ſūt. xcvi. diſ. c. ſolite. de ma. ⁊ obe.
qs obſeq̄ndi manet neceſſitas nō aucto
ritas iperādi. c. bn̄ qdē. c. ſi ipator. xcvi.
diſ. c. cū laicʒ. d re. ec. ñ alie. d ɔſti. eccl'ia.
o ¶ Itē circa. iſtandū foret apud conci
liū: vt preuentiōes bn̄ficioꝝ damnareť.
p ¶ Poſitam. ſ. eo. § i. v. nec etiam.
q ¶ Auferri. ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi qs
cōdēnatꝰ. c. ad eiꝰ. v. diſt. c. fi. de ſe. nup.
c. indultū. de re. iu. l. vi. cū ibi no.
r ¶ Abſqʒ. id eſt ſine.
ſ ¶ Ait. i regiſtro. c. coḡſcētes. de ɔſti.
t ¶ Gregorius. primꝰ q̄ magnꝰ dictus

Voluntas ⁊ conatꝰ differūt.

Brachium duplex eſt i eccl'ia.

in regiſtro:rē q̄ culpa[a] caret ī dānū vocari nō cōuenit:viſū fuit p̄libate ꝯgregatōi:ꝙ cū collatores ⁊ patroni eccl'iaſtici hēant bn̄ficio ſacri lateran̄.ꝯcilij[b] certū tp̄s[c] ad p̄ntādū[d]

Gregorij doctor eccleſie laudes

eſt pp̄ter plura q̄ excellēter habuit.ſ.potētiā:diuitias:v̄tutes:nobilitatē:ſapiētiā:ſctitatē:famā:experientiā: nichil eū in oī ſtatu latebat et ip̄e eſt doctor p̄ncipalis eccl'ie vn⁹ de q̄ttuor.c.i. de reli.et vene.ſanct.l.vi.ip̄e ſolus cū btō fabiano poſt ſctm̄ petrū diuinit⁹ in toto cathalogo pōtificum romanoꝝ ad pontificatū eſt aſſumpt⁹ ipſe plures libros ſcripſit ⁊ plura iſtituit: vt pʒ in ei⁹ regiſtro. in canone addidit: dieſqꝫ nr̄os ī tua pace diſponas ⁊c. Deus in adiutoriū ante initia horarum dici iuſſit.totū officiū eccl'iaſticum ſtilo pulchriore ⁊ ordinatiore mō renouādo cōpoſuit qđ vſqꝫ hodie p̄manet: et dicit gregorianū: titulum totius humilitat ſcʒ ſeruus ſeruoꝝ dei ſummus pontificibus inſtituit ⁊ adhuc p̄manet.

a ❡Culpa.aliqñ tñ patit damnū ſine culpa:ſʒ nō eſt ſine cauſa.vt no. in.c.cognoſcētes.de ꝯſti.in.c.antiqua. de p̄ui. ſ.de elec.c.licet.§.i.ꝟ.verūtamen.

b ❡Concilij.c.nulla.de cōceſ.p̄ben.

c ❡Tēp⁹.vi.mēſiū.vt di.c.nulla.c.lʒ. c.ſe.de ſup.neg.pre.cle.i.e.ti. qđ nō currit vbi p̄bēde nō ſūt diſtincte:nec eſt certus nūer⁹ canonicoꝝ.c.ex p̄te.de cō.p̄b. ⁊ eſt vtile q̄ ad initiū ⁊ q̄ ad p̄greſſū.no. in.c.qꝛ diuerſitatē.eo.ti. vñ īpedito non currit ⁊ in illo ſemeſtri tp̄s ſuſpēſionis nullatenus ꝯputat:vt ibidē cū no.p̄ Jnno.etiā ſi ſciat bn̄ficia vacare: niſi ſit negligēs in petēda abſolutione. ad idē.c. fi.de elec.et dicūt docto.in.d.c.qꝛ diuerſitatē:ꝙ poſt abſolutionē obtētā in curia nō currit ſibi tp̄s quouſqꝫ in domuʒ ſuam ſe receperit.⁊ ſarcinulas ſuas recollegerit.ar.ff.ex q̄.cau.ma.l.ſi ab hoſtibus.§.fi.qꝛ iuſtius ⁊ honeſtius eſt ꝙ p̄uideat indigenis: quoꝝ forte non hʒ copiā.ſ.in p̄he.§.qb⁹ ad plenū.ꝟ.nam eccl'iaꝝ.cū ibi no.ſcđo: qꝛ honeſtum eſt habere conſilium ſui capituli quod forte ſecū nō hʒ.ad hoc de ele.ne pro defectu.tertio:quia in collationibus ſunt examinande perſone: et ſi quid iudiciale occurreret non poſſet in aliena dyoceſi expedire.de offi.leg.nouit.in cle.i.đ fo.ꝯpe. idē ꝟen.in.d.c.licʒ. ſʒ illud tenere nō eſt tutū.qꝛ ſublato īpedimēto currit ſemeſtre a tp̄e ſcie et poterit ꝯferre ex dyoceſim cū collatio ſit volūtarie iuriſditiōis: vt no.in dicto.c.nouit. niſi ī caſu ca. ſtatutum. de preben.in.vi.etiam in curia romana exiſtens poſſet conferre beneficia ad eius collationem ſpectantia.no. Joh̄. an.in no.in.c.ſi ap̄lica.de p̄ben.l.vi.nec eſt opus p̄ntia collatarij.qꝛ īdigene abſenti pōt ꝯferre.c.ſi tibi abſenti.de pre.l. vi.⁊ hoc credo verius cū diutina vacatio eccl'iaꝝ ſit p̄iculoſa.c.ꝗ ſit.de elec.in vi.l.diſ.poſtqꝫ.c. ne p̄ defectu. de elec.

Tp̄s ſemeſtre ad conferēduʒ eſt vtile

d ❡Preſentādū.patroni eccl'iaſtici habent ſemeſtre:laici quadrimeſtre.c.i.de iu.patro.in.vi.q̄ currūt a tp̄e noticie vacationis beneficij tam collatori ſiue conferat iure proprio.c.quia diuerſitatem. de cōceſ.pre.ſiue deuoluto.c.lʒ. de ſup. neg.pre. Panor.in.d.c. quia diuerſitatē in.c.fi.de iu.patro.idem ſi patron⁹ laicus eſt negligens īfra quadrimeſtre ſuperior ad quē deuoluit poteſtas cōferēdi habebit ſemeſtre.p̄.d.c.i.et quia mutata cōditione pſone rei ſtatum conuenit mutari.ff. de ſo.l.cum quis ſibi.§.i. c.dilectus.ij.de pre.ff.de col.bo.l.i.§.is quoqꝫ.no. Jo.an.⁊ domi.dicto.c.i.ꝗ patrono.no. Jo.an.in.c.ij.de ſup.neg.pre. d.c.fi.de iu.patro.vbi Pañ.Frede.cōſilio.cxxiiij. Pañ.in.c.cū p̄pt. de iur. pa. qꝛ regulariter tp̄s prefixum ad p̄uidēdum nō currit ignoranti:nec dʒ qs puniri ſine culpa.vt hic.lʒ aliqui voluerūt dicere ꝙ patrono ignoranti ⁊ impedito curreret tp̄s.p̄ dictū.c.cū p̄pter. nā litigans ſup iure patronat⁹ impeditur preſentare.c.ex litteris. de iu. patro. no.in c.ij.de in inte.reſt.et nichilomin⁹ currit ſibi tp̄s.ſʒ nō ob.illud.c.cū p̄pter.qꝛ ibi nō cōſtabat qs eēt patron⁹ merito ep̄s

Patroni qđ tēpus habent ad ꝯferēđ.

ordinat ecclesiam ſine patrono. ſz ex quo conſtat de patrono non dz illã ordinare ſine illius preſentatiõe. xvi.q.vij. decernimus: et qđ dictũ eſt hmõi tpa nõ currere: niſi a tpe noticie: intellige de noticia vera vl' pſũpta vacationis q̃ dz determinari p iudicẽ pſiderata bñficij q̃litate/q̃titate/et locoꝝ diſtantia et fama. ar. ff. de vſu. l. mora. cle. i. de cõ. pre. in fi. cũ ibi no. p glo. ⁊ doc. Ho. ⁊ Io. an. i c. ex pte. de cõ. pre. Guill'. in cle. i. de ſup. neg. pre. geſ. in extra. execrabilis. in. ℣. noticie. Hen. in. c. nulla. de con. pre. Panor. i. d. c. quia diuerſitatem. de ro. deci. xxxviij. cccclxvi. cclxvij.

et conferendũ reſpectiue[a] q̧ debẽt

a ¶ Reſpectiue. q. d. patroni eccl'iaſtici hñt ſex mẽſes: ⁊ collatores ſilr̃ cũ ſcz cõferũt libere iure pp̃o vel deuoluto. qꝛ tp̃s ſemeſtre nõ hz locũ in hñte inſtituere pñtatũ a patronis. lz eñ dictũ tp̃s ſit pfixum ad cõferendũ: ⁊ trimeſtre ad eligendũ. c. ne p defectu. de elec. tñ ad confirmandũ ⁊ inſtituendũ pñtatos nõ reqꝫ qđ perit tp̃s prefixũ a iure. ſi tñ ille ad quẽ ſũt ptinet pfirmatio vel inſtitutio ſit negligẽs poterit ſupior ei pfigere tp̃s ad confirmandũ vel inſtituẽdũ: quo lapſo ipe ſupplebit. fa. qđ no. in. c. ad aplice. de re iud. glo. fi. in. vi. Io. an. poſt Hoſ. in. c. cũ eccleſia. de elec. Cõpo. ⁊ alij in. c. publicato. e. ti. Io. an. in. d. c. ex pte. de cõ. pre. no. de ro. deci. ccxvi. Pañ. in. c. poſtq̃. de elec. in. c. nulla. de cõ. pre. in. c. paſtoral'. de iur. pa. p hoc qđ no. pau. in cle. i. de re. pmu. vbi dicit q̧ ſemeſtre non currit ſuperiori in cuius manib⁹ ſunt reſignata beneficia cauſa permutationis: quia non inuenit̃ tp̃s prefixum in iure ad cõferẽdũ ea. de iu. patro. null⁹. de ro. deci. cccxxxix. nec obſt. d. c. nulla. quia loquit̃ in habente liberam poteſtatem conferẽdi. Hic autẽ aſtringit̃ renũciantib⁹ conferre. vt. d. cle. facit qđ no. Pau. in cle. ij. de reli. do. q̧ non eſt tp̃s ſtatutũ ĩfra qđ cõferant̃ hoſpitalia. idẽ Frede. in tract. pmu. q. xxix. ſz hoc caſu cõpelleẽ collator per ſuũ ſupiorẽ ad predicta beneficia ſic vacantia cõferẽdũ/aut ei prefiget terminũ ad id faciendũ: quo elapſo pꝛuidebit. ar. d. c. nullus. c. irrefragabili. đ offi. or. aut ſi nolit cõferre poſtq̃ conſtiterit de refutatõne redibũt pmutantes libere ad ſua bñficia ſic reſignata. ar. đ pre. ſi beneficia. li. vi. c. potuit đ loca. de ap. ſup eo. cle. q̃uis. de ap. idẽ. La. in addi. Frede. ſimiliter ſemeſtre nõ artat executores pape ad conferendũ qui poſſunt prouidere de beneficio qđ ſciuerunt per ſex menſes vacare: quia illa cõſtitutio nulla in ordinario ſolum loquitur. executor autẽ fingit̃ vice pape. xciij. diſt. c. fi. de off. delega. ſane no. Compo. in ca. capitulum. de reſcrip. in glo. magna. circa fi. ℣. itẽ nũquid executor. qđ ẽ verũ quãdo executor prouidere poteſt ad cuiuſcũq̧ collationem: nec tempus acceptationis addicit̃. vt in cle. i. de conceſ. pben. ſed ſi certa perſona grauatur per reſcriptum: puta habet ptãtem de bñficio ſpectãte ad collationẽ capl'i illi⁹ tpe elapſo cõferre nõ poterit donec deuoluat̃ ad papã. pro. in cle. ſi de beneficio. de pre. ſm Ioh. an. et ge. ibidem. qđ limitant La. ⁊ Inno. qñ mandatur prouideri p executorem certe ⁊ noĩate pſone. et illa etiam negligit petere beneficiũ: quia tũc habet locũ. d. c. nulla. ſec⁹ ſi executor tñ ſit negligens ⁊ nõ ille cui puideri mandatur. alle. de reſcrip. tibi q. ℣. in pdictis. in. vi. Itẽ dicũt q̧ ſi beneficiũ non eſt affectũ eodẽ tpe curret tp̃s ordinario collatori. ad cuius collationẽ eſt ſcriptũ ⁊ ipi executori. ſi vero bñficiũ eſſet affectũ. tunc pmo curreret executori. qꝛ habet conferre infra illud tp̃s infra qđ habet conferre collator grauat⁹ eo elapſo conferre nõ poterit: niſi ad papam facta ſit deuolutio. collatori ℣o nõ currit tempus durante tempore q̃ executor poteſt conferre: quia cum per literas pape vl' proceſſum executoris impediatur ep̃s beneficiũ conferre non debet dici negligẽs: et ſic ſibi tp̃s ad conferendũ nõ dz currere. c. qꝛ diuerſitatem. de cõ. pre. c. fi. de elec. ſed elapſo tpe quo executor põt conferre currit ordinario

Pñtati ĩtra tp̃s inſtituẽdi.

Executores pape ñ artant̃ ſemeſtri tpe.

inſtare[a] regij oratores apud ſacrū cōciliū[b] generale vt prouideat[c] circa ſuū decretum de collationibꝰ in hoc ſcilꝫ ꝙ decretū illud videt̃ ipi lateranēſi concilio velle derogare[d] ita ꝙ velit ipm ſacrū cōcilium decernere ꝙ preuētiones etiam apoſtolice ſedis vel legatorum[e] eiuſdē

tempus quod habebat ſi nō eſſet executor datꝰ.et ſi collator in tpe ſibi dato negligēter nō cōfert nō deuoluet̃ ꝓpterea collatio ad executorē. ad hoc.c.ſi clericus.de preb.in.vi.ſed ad ſuū ſupiorē vt in.d.cle.ſi de benefi cio. Itē limitant dictū Cōpoſ. et Ioh. an.ꝓcedere in executore ꝗ confert vice pape.ſecꝰ l executore dato ab iferiore a papa cui currit tēpus indiſtincte.de elec.ſi ꝯpromiſſarius.in.vi.de preb. in.c.fi. e.li.ſic ſentit glo.in.d.cle.a cōtrario quādo dicit qui cōfert vice pape.idem La.in additi.ad Frede. in tracta.permut.q.xxix.

Legato de latere currit tpus ſemeſtre.

Sed nunqd legato de latere currit ſemeſtre tpˢ ad conferendū:ſic cum ſit ordinarius in prouincia ſibi decreta.c.ij. de off.leg.in.vi.no.La.⁊ Innocē.in.d.cle. Imol.in.d.c.nulla.lꝫ aūt ſibi currat tēpus tamē poterit cōferre donec ꝑlatus ſue legationis iure ꝓprio vel deuoluto pōt cōferre.ſꝫ poſtq̄ꝫ deuoluta eſſet collatio ad prelatū ex ſuā legationē ex ſua et alioꝝ negligētia inferioꝝ a papa:tūc conferre nō poterit:niſi vltimate deuolueretur ad papā.quia tunc poterit.c.venerabilis.de preb. no.in.c.i. de offi.leg. in.vi.ſatis patet in di.cle.et dicit Imol. in.d.c.nulla.poſt do.an.ꝙ legatꝰ natus rōne dignitatis ſi ad eū deuoluat̃ ptās cōferēdi ex negligētia inferiorū habebit vnū ſemeſtre tm̄.nec habebit vnū tanq̄ꝫ legatus:et aliud tanq̄ꝫ archieps:qꝛ non poteſt ſupplere ſui negligētiā.ſicut nec a ſeipſo appellatur nec querelatur.c.ij. de conſue.in.vi.c.romana.de fo.cōpe.e. lib.nec in facto proprio auctoriſat.cle.ſi vna.de re.ec.nō alie.ꝓ quo videt̃ caſus in.c.licet.de ſup.ne.pre. vbi loquitur in eboracēſi archiepō qui eſt legatꝰ natus rōne ſue dignitatis: et ibi anteq̄ꝫ fiat ad papam deuolutio non hꝫ niſi vnū ſemeſtre.no.ꝺ ro.deci.cccxvi.ſic nec ſuperior ad quem facta eſt deuolutio ex patroni

laici negligentia habebit quadrimeſtre ad ꝑſentandū: ⁊ ſemeſtre ad ꝯferendū: ſed dūtaxat ſemeſtre ad ꝓuidendū.vni co enim actu dꝫ ꝓuidere vt vacatio eccleſiarū non diu duret.ita videt̃ ſonare textꝰ in.c.ij.de ſup. ne.pre.in fi.tenēdo ꝙ illud verbū ordinare ponitur ꝓ totali ꝓuiſione. de ꝗ per domi.in.c.i.de re.permu.in.vi.

Patronus ſi negligēs qꝺ tpˢ habet ſuperior ad ꝓuidendū.

a ¶Inſtare.quod nō fecerūt ſaltē de ꝯrio nō apparet. et facta nō ꝑſumunt̃. C.de nō nu.pe.l.aſſeueratio.de proc.l.i.c.cū io. de fi.iſtru. et de his ꝗ non ſunt ⁊ ꝗ nō apparēt idē eſt iudicium.l.in lege.ff. de ꝯhen.empt.

b ¶Concilium.baſilieñ.

c ¶Prouideat. non ꝓuidit. iō remanſit eiꝰ decretū in ſuo robore q̄ntum ad ꝑuētiones. qꝺ enim nō mutat̃ quare ſtare prohibet̃.l.ſancimus.C.de teſta.q̄re male dicunt aliqui non ſapientes hunc tex.iūc.decreto.ꝙ preuētōes nō habent locū:cū iſte tex.nō ſit diſpoſitio ſꝫ aduiſamentū ad impetrandā ꝓuiſionē a ꝯcilio.itē nō potuiſſet etiam ꝯgregatio gallicana tollere preuētiones cū ſit ꝯ͂ iura. et.d.decretū.ad hoc vide no.ſ͂.eo.§.i.℣.

d ¶Derogare.in hoc ꝙ ꝑmittit preuentiones ſicut erant olim.vt no.ſ͂.eo.§.i.℣.nec etiam. (adijcēs.

e ¶Legatoꝝ.qui non debēt impediri exercere ſuā ptātem in ꝓuincia ſibi decreta.c.ſi qs autē.xciiij.diſt.etiā ſub obtētu ꝑuilegij vel cōſuetudinis. vt in extrauag. Io.xxij.ſup gētes ⁊ regna. Sed an legatꝰ de latere poſſit cōferre bñficia ꝗ ſunt deuoluta ex negligētia alicuius ꝑlati de extra ſuā ꝓuinciā ad ꝑlatū qui eſt in ꝓuincia ſue legatiōis.Uidet̃ ꝙ ſic: ꝑ.c.i.de off.le.in.vi. iunc.ſ͂.eo.§.i.℣.nec etiā.ꝯ.ſētiūt ꝺ ro.ꝺci.cccviij.alˢ.cccxvi. ꝑ id qꝺ no. Inno.in.c.cū iter.in.c.cū in cūctis.ad fi.de elec.cuiꝰ dictū poſuit archi.in.c.i.ne ſe.va.in.vi. Io.an.i.c.q̄ꝫq̄ꝫ. de elec.in.vi.in no.vbi ꝯcludit ꝙ licet in

bñficijs que iure ꝓprio ſpectabāt ad col
latiōez epĩ capitulū ſuppleat epĩ negli=
gētiā.ſec⁹ vbi ex accidēti fit deuolutio:
qꝛ ĩ illis nō cenſeꝛ cōmunitas ĩter prela
tū et capitulū.glo.eſt q̄ eſt additio in.d.
c.cū in cūctis. ad fi. ſic in ꝓpoſito videꝛ
ꝙ legat⁹ non poſſit cōferre accidētaliter
deuoluta de extra ꝓuinciā.et cū hoc di=
cto trāſeunt do.an.ꝛ Jnno.in.c.ij.de cō.
pre.et fa.ꝙ act⁹ dꝫ attribui ṗncipio ꝛ nō
fini.c.lr̃is.de reſcrip.c.hi q̄.§.ij.de preb.
in.vi.ff.de ṽb. oblig.l.filiuſfamilias. de
ſti.ſer.l.fi.ad hoc iura que volunt initiū
ſpectari q̄ no.in.c.dudū.i.de elec.vbi la
te p̱ henr. Jo.an.in regula in obſcuris.
de reg.iur.in.vi.in mercu.et ꝙ ad pon=
derandā naturā act⁹ attendiꝛ origo rei:
non accidens.ff.de fideiuſ.l.tutor.C.ad
mace.l.ſi filiuſfamilias.ff. ð dona.l.qui
id qð.de iud.l.ſi quis legatiōis.de ꝯhē.
emp.l.in venditionibus.lxxv.diſt.ieiu=
niū.cū ergo legatus nō potuiſſet ꝯferre
illud beneficiū ante ſui deuolutionē nec
poſt.ad hoc cle.lr̃as.de reſcrip.nō enim
ex pſona p̄lati ꝓuincie legati ṗma bñfi=
cij cōditio ĩmutari dꝫ.ff.de ṽb.obli.l.ij.
§.ex his igiꝛ.de con.et de.l.cui fundus
dicūt tñ.d.doc.nō eſſe ſine aliquali dubi
tatione ꝛ merito. et ꝓ ꝯ.fa. ꝙ a fine res
denoīatur.l.ſtipulatio.§.opus.ff.de no.
ope.nū.de bap.maiores.§.ſed adhuc.et
finis deſignat qualis res ſit cēſenda.ð
frig. ꝛ male.fraternitatis.in fi.ſpe.ti. de
fruc.ꝛ inter.§.i.ṽ.ſed q̄d ſi debeo.ꝛ finis
inſpiciendus eſt.ff. de ṽb. obli.l.quidā.
de fideiuſ.l.ſi debitori.§.ſi filiuſf.nō ori=
go.ff.de pecu.l.iij.§.idē ſcribit. cū ſi.iu=
ribus q̄ volūt finē ĩſpici. Jo.an.ĩ.c.ij.de
no.ope.nū.gl.in.c.i.de renū.hē.vbi.ſ̄.ꝛ
lꝫ ante deuolutionē legat⁹ nō potuiſſet
cōferre:tñ poſt deuolutionē videꝛ ꝙ poſ
ſit cū ex mutatiōe pſone ſequaꝛ mutatio
ſtatus rei.ff.de ſenat.l.ſenatoris filiū.c.
dilectus.iij.de p̄b. cū ibi no. p̱ doc.c.i.de
iu.pa.in.vi.et pro ꝛ ꝯ fa.cle.ſi de bñficio
de p̄b.in hoc pro. qꝛ ſi impetraui ad col=
lationē epĩ executor nō ꝓuidebit de bñfi
cio cui⁹ collatio ex negligētia epĩ ē deuo
luta ad ſuū capitulū.ſed fa.ꝯ. qꝛ execu=
tor ꝓuidebit de bñficio ſpectāte ad col.
ipſius epĩ ſiue iure ꝓprio ſiue deuoluto
ex ſui capl̃i vel alterius cuiuſcūqꝫ negli
gētia.pariꝛ dicēdū ē de legato ꝙ poterit
cōferre dictū bñficiū poſt deuolutionem
ad prelatū ſue ꝓuincie ſicut poſſet face=
re ille p̄latus.et hoc credo verius cū cō=
currat accumulatiue in iuriſditiōe p̱ to=
tā ꝓuinciā cū p̄latis illius.c.i.de of.leg.
cū ibi no.et ſatis ē caſus.d.cle.fa. ꝙ idē
iuris dꝫ eſſe in ṗncipali:ꝛ in additamen
to.c.acceſſoriū.de re.iur.in.vi.l.inter ſo
cerum.§.cū inter.ff.de pac.do.et deuolu
tio eſt additamentū ad collationē.vt.d.
cle.§.ij.vñ dicit Joh.mo.in.d.c.q̄ꝫq̄ꝫ. Pa
nor.in.c.cū olim.de ma.ꝛ obe.ꝙ ſicut ca
pitulū vacāte ſede ep̄ali nō ſuccedit in
collatione bñficioꝝ ſpectantiū ad liberā
collationē epĩ iure ꝓprio:ita nec ſpectā
tiū iure deuoluto paritate rōnis. Jdem
dico ꝙ pōt cōferre deuoluta ad ep̄m ſue
ꝓuincie ex negligētia p̄roni laici.lꝫ ante
deuolutionē nō poſſet inuito p̄rono lai=
co.c.cū dilect⁹.de iu.pa.fa.no. p̱ archi. ĩ
c.deliberatiōe.de of.leg.i.vi. ꝙ legatus
pōt ꝯferre eccl̃ias collegiatas quaꝝ col=
latio eſt ad papā deuoluta. lꝫ ibi La.et
Do.teneāt ꝯ.et dicūt ꝙ nō poſſet ꝯferre
deuoluta ad papā q̄ ſunt ſita ex ꝓuīciā
ſue legatiōis.p̱.d.cle. vbi executor dat⁹
ad ꝓuidendū ad collationē epĩ pōt ꝓui
dere de bñficio cui⁹ collatio ex negligen
tia ĩferioris eſt ad ep̄m deuoluta q̄ꝫdiu
eſt in manib⁹ epĩ.ſi aūt deuolutū eēt ad
papā nō ꝯferret.qꝛ ṗmus collator non ē
de his q̄ grauabātur p̱ lr̃as executoris:
vt ibi no.ꝛ hoc caſu puto.d.la.verū.ſec⁹
in ṗmis caſib⁹ qꝛ legat⁹ poſt deuolutio=
nē adhuc ĩuenit bñficia ĩ manib⁹ epĩ ſue
legatiōis.Sed nūq̄d poterit ꝯferre bñfi=
cia ad ep̄m deuoluta ex negligētia p̄lati
regularꝭ exempti q̄ hꝫ ep̄s cōferre auc̃te
apl̃ica.cle.qꝛ regulares. de ſup.ne.pre.
videꝛ ꝙ ſic.ꝯcurrit em̃ in legatiōe ſua cū
quolꝫ ordinario ſue legatiōis ſiue ſit ab
bas ſiue ep̄us:ita ꝙ q̄cq̄d iſti poſſunt in
iuriſditionib⁹ tā de iure cōi q̄ꝫ de ꝯſuetu
dine poterit legat⁹.arg.ff.de of. pcō.l.ſi
in aliā.de of.pre.l.ex oīb⁹.ꝛ.l.ſe.4. ꝛ.c.ij.
de of.leg.li.vi.no.ſpe.ti.de le.§.nūc oſtē
dendū.ṽ.p̄miſſa.ꝛ ſeq̄tur Bar.in.l.phi=

Legat⁹ de latere an poſſit bñficia deuoluta cōferre:

Caplm vacāte ſede an poſſit bñficia cōferre?

bere.§.plane.ff. q̃d vi aut clam. Panor. in.c.fi.de cõ.vti.vel luti. Itẽ poterat ea ↄferre ante deuolutionẽ legat⁹ de latere q̃ põt cõferre bñficia spectãtia ad collatione exẽptoꝝ.c.i. de ṽb.sig.l.vi.c.si abbatẽ.de elec.e.li.p no.in.c.i.de off.leg.ꝙ etiã post deuolutionẽ. nam ꝛ si forẽt ad papã cuius vices gerit in ꝓuincia deuoluta cõferret vt dictũ est. Puto ↄ̃riũ verius:qꝛ ep̃s in casu p̃dicto nõ sua ſ; pape vice ꝛ tanꝗ̃ delegat⁹ cõfert.vt.d.cle. ibi.in exẽptis vero auc̃te ap̃lica.ordinarius eñ qui a lege h; iurisditionẽ delegatã cẽsetur in illis casib⁹ p oĩa delegatus.c.irrefragabili.§.ceterũ.de of.or.ibi tanꝗ̃ sup hoc delegat⁹. vt ibi no. Inno. ꝛ aliȷ̃ doc.c.ad abolẽdã.in fi.de here.ibi tanꝗ̃ a se.ap.delegatis.vbi hoc no.glo. Io.and. Hen.et aliȷ̃ si.in.c.i.de cle.egro. in.vi.cle.attẽdẽtes.de sta.re.in clem̃. qꝛ cõtingit. in p̃n. de reli.do.c.i.de sta.reli. in.vi.in his eñ casib⁹ ep̃i cognoscũt nõ iure ordinario: sed vice delegata.no.in c.vt litigãtes.glo.iiȷ̃.de off.or.in.vi.fa. q̃d no. Io.an.de deuolutiõe.in.d.cle. q̃a regulares.in.ṽ.sua auc̃te. vñ talis iurisditio delegata mortuo p̃lato nõ deuoluitur ad capitulũ.no. Io.an. ꝛ Henr.in.d. c.ad abolẽdam. Panor.in.c.cũ olim. de ma.ꝛ obe.p moderñ.in.c.i.e.tit.in.vi.sicut nec alia iurisditio cõpetẽs p̃lato ex delegatiõe sp̃ali.per.c.qm̃ abbas.de of. deleg.cũ ibi no.p Inno.vbi mortuo p̃lato delegato a se.ap. iurisditio delegata nõ deuoluiẗ ad capl'm:sed ad successorẽ in dignitate.c.pastoralis.§.preterea. de of.ordi.vbi mortuo ep̃o delegato pape nõ recurriẗ ad capitulũ pro absolutione p eum excõicati.c.si is cui.de of.deleg.in.vi.vbi a subdelegato non in totũ mortuo delegato appellabiẗ ad papã et nõ ad capitulũ. Itẽ capl'm succedit ep̃o propter cõitatẽ q̃ est inter eos.c.req̃sisti. de testa. sed in his q̃ cõpetunt ep̃o iure speciali vel ex delegatiõe nulla est cõio. igiẗ.ad hoc no.p gl.ꝛ Panor.i.c.scriptũ. de elec. Panor.in.c.verũ.de fo.cõp.in.c. his que.de ma.ꝛ obe. Ideo dicit Io.an. in.d.c.i.de ma.ꝛ obe.in.vi.l no.ꝙ in p̃uilegiȷ̃s et immunitatibus ep̃ali dignitati

Papa nõ in oĩ iurisditio ne incedit p̃lato mortuo.

cõcessis nõ succedit capitulũ:q̃a p̃uilegiũ ꝑsonã seq̃tur et extinguiẗ cũ ꝑsona. in regula p̃uilegiũ.de reg.iu.in.vi.ꝛ p̃uilegiũ nõ excedit ꝑsonã p̃uilegiatã.c. sane.de p̃uil.ad idẽ no. Pau.in cle.i.d here. Frede.ↄsil.xxix.guil.in sacra.ti.de dispẽ.ṽ.sed nunq̃d vicarius.vbi dicit ꝙ se.va.capl'm nõ posset dispẽsare cũ illis cũ q̃bus papa vel ei⁹ penitẽtiarius mãdat dispensari p ep̃m sup irregularitate vel alio defectu:nec etiã eius vicari⁹ generalis in sp̃ualibus et tp̃alibus ep̃o in remotis agẽte: cũ intẽtio cõmittẽtis ad quã est recurrendũ.de rescrip.sup litteris.nõ fuerit cõmittere nisi ea q̃ sunt ordinarie sue iurisditiõis ꝛ q̃ ipsi sue ordinarie iurisditioni tm̃ imminebãt.ar. de of.or.romana.ṽ.nec p eo.li.vi.cõmissiones vero papales nõ ꝓcedunt nec originẽ trahunt ab ordinaria iurisditiõe: cũ sint oĩno iurisditiõis demãdate.de offi. deleg.c.fi.ꝛ ideo cum ep̃s in casu ꝓposite.q.cõferat vt delegatus dũtaxat non põt legat⁹ se intromittere nec impedire ep̃m in ↄferendo q̃ est hoc casu maior legato.per.c.studuisti.de of.leg.c.sane.de of.dele.gl.no.in cle.si de bñficio.in.ṽ.siue ad nos.in fi.de pre. La.ꝛ Inno.i cle. cũ ex eo.de sen.exc.vbi dicit ꝙ legat⁹ nõ põt se intromittere de his q̃ ep̃s h; facere ex delegatione iuris. fa.q̃d no. La.et Domi.in.d.c.si abbatem. nec ob.ꝙ ep̃s põt ea ↄferre ꝗ legatus.qꝛ vt dictũ ẽ ep̃s nõ cõfert vt ep̃s ꝛ iure ordinario:sed auctoritate delegata.ꝛ q̃d diciẗ ꝙ legat⁹ potest oĩa q̃ ep̃s:intelligiẗ de his q̃ põt ep̃s iure suo ꝛ vt ordinarius:nõ iure delegationis aut alio speciali nisi inq̃ñtum a iure legato ꝑmittitur. Item legatus de latere h; collationem bñficioꝝ non iure legatiõis que ad hoc nõ se extẽdit :sed ex quadã p̃rogatiua ꝛ sp̃ali p̃uilegio: vt dicit textus in.d.c.i.de of.leg.in.vi.hec ergo ptãs tanꝗ̃ extraordinaria ꝛ supinducta d; restringi.glo.fin.in cle.iȷ̃.de of.or. Panor.in.d.c.fi.de ↄfir.vti.licet ꝙ possit ↄferre iure sp̃ali.nõ tñ d; posse ↄferre ea q̃ ep̃s h; cõferre siľr iure sp̃ali.et d; ep̃s vti sua sp̃alitate cũ certat de dãno vitãdo.l.si minor.xxv.ff.de mino.ꝛ in mult

Priuilegiũ p̃uilegiatã ꝑsonã nõ excedit.

reſtricta eſt legatorum poteſtas circa collationē bñficiorum.c.pñti.cū duob⁹.c.ſeq̄.de off.le.in.vi.et multi voluerūt q̄ nō poſſet legat⁹ vnire eccleſias ſue legationis:cum ex hoc perpetuo priuaretur ordinarius iure cōferendi illā eccleſiā vnitā.Frede.cōſil.cxc.de quo p doc.in d.c.fi.de confir.vti.ſpe.in.d.§.nunc oſtēdendum.ꝟ.v.et ibi Johan.an.in addi.de ro.deci.lxi.et.cxxi.

**facte in contrarium non valeant:**[a]

Capl'm an pueniat papā p ꝑſitionem dici ad ꝯferendum.

a ¶Non valeant. Querit̄ ſi capitulū ad qd̄ collatio prebēdarū ſpectat p̄fixit diē ad ꝯferendū p̄bendā vacantē poſuit edicta ad vocationē abſentiū ⁊ interim ipa prebenda impetret̄ a papa hoc tacito:deinde capl'm confert: cuius collatio valeat.ar.q̄ capituli:cū videat̄ preueniſſe papā. nec erat amplius res integra. ad hoc qd̄ le. ⁊ no.in.l.mandatū.C.mā. vbi no. q̄ in negocijs res nō eſt integra quo ad reuocandū mandatū p mortem mādantis quando facta ſunt preparamēta.no.inſti.man.§.itē ſi adhuc in cle.fi.de pcu.et qñ aliquid geſtum eſt in negocio res non eſt integra.ff.de polli.l.i.§.cepiſſe.de iuriſ.o.in.l.et quia.et p ſolam citationeʒ preuenitur iuriſditio.ff.de iudi.l.ſi quis poſtea le.⁊ no.in.c.poſtulaſti.de fo.cōpe.in.c.gratū.in.c.licet.de of.deleg.in.c.fi.de of.leg. et ad perpetuandā gratiam apoſtolicā que re integra pape morte expiraret:ſufficit q̄ executor fuerit aggreſſus negocium puiſionis.arg.c.q̄uis.de of.dele.in.vi.vel in forma pauperum q̄ faciat inquiſitionē: iuxta clem.i.de conceſ.preben.vt ibi no. Guil.et in cle.fi.de reſcrip.Johan.and. in.c.ſi cui nulla.de preben.in.vi.in no. fa.qd̄ ipſe no.in.c.preſenti.de of.leg.eo. li.in no. q̄ ſi metropolitanus dedit executorem q̄ titio cōferret beneficium ad ſe deuolutū ſi idoneus eſſet: ſi executor inchoat/ et poſtea metropolitanus det alteri nō valet collatio.d̄ ro.deci.cccxvi. arg.c.in cauſis.de elec.de quo tamē dic vt ibi per doc.Henr.in.c.conſtitutus.de conceſ.preben.domi.in.d.c.preſenti. ergo per edicta ⁊ citationes abſentiū videtur capitulū papam preueniſſe:et collatio pape hoc tacito videtur ſurreptitia. ar.c.ceterum.de reſcrip.c.corā.de of.dele.c.inter monaſteriū.de re iudi.c.fi.cū ibi no,vt li.pen.ſi enim impetrās expreſſiſſet pceſſum factuʒ per capitulum pro facieda collatōe papa nullatenus vel nō ita de facili dediſſet illam prebendā. arg.c.cum olim.de re iudi.c.ſuper litteris.de reſcrip. verius eſt q̄ valet pape collatio per preuentionē. ex quo eñ dicti canonici nondum cōtulerant nec ad tractatum collationis proceſſerant res erat adhuc integra.⁊ preuenit papa.ad hoc.c.vbi periculū.§.ſane.de elec.in.vi. vbi dicitur res integra anteq̄ electio ſit celebrata.d.c.preſenti. vbi res eſt integra quouſq̄ fuerit collatio facta. nā finita legatione legati expirat reſeruatio etiam ſi factus fuerat proceſſus ſup eā per executoreʒ niſi fuerit facta collatio. qd̄ capitulū habet locū in oībus litteris gratioſis.nō de ſimplici iuſticia legatorū quorum iuriſditio non eſt ita naturalis et fauorabilis vt aliorū ordinariorum.no.in cle.ij.de of.or. vt expirent expirāte legatione ex quo nō ſūt pceſſum ad collationē vel receptionē:lʒ pceſſus fuerit facti.no.Frede.conſi.cclxxxix.fa.qd̄ no. Inno.⁊ Compoſ.in.d.c.in cauſis. q̄ in extraiudicialib⁹ negociū deſinit eſſe integrum cum attinguntur ſubſtantialia ipſius negocij:puta cum eligentes ceperunt tractare die adueniente in loco ſolito de electione et dare voces ſuas. hoc eñ modo res nō eſt itegra. vt ptʒ in.d.c. in cauſis.no. Hen.in.d.c.conſtitut⁹.mā. c.xlix.ad hoc.c.ſi eo tpe.de elec.in.vi.ibi vel alia que precedūt.quod intelligi poteſt q̄ reſeruatio pape non viciat electionē vel alia que precedūt.ſcilʒ ſubſtantialia ipſius electionis: lʒ electio nōdū fuerit facta.ſed ſi de ſolēnitatibus electionis tantūmodo aliquid factū eſſet nō minus eſſet res integra: vt ſi cantaſſent miſſam de ſancto ſpiritu vel intraſſent capitulū:ſed de electione nondū tractaſſent.ar.ff.de con.ob cau.l.ſi pecuniam.

Negociū qñ deſinit eſſe integrum.

ff.de ꝓcu.l.ante litem.⁊.l.ſeq.vbi res ē
itegra quo ad ꝓcuratoris reuocationē3
quouſq3 lis cōteſteť. l3 multa ꝑcedāt vt
citatiōes declinatorie fori.⁊ ſic.c.i.⁊.ij.
de procu.l.vi.quare dicendū eſt papā in
caſu ꝓpoſito ꝑueniſſe canonicos.Sz cū
in talibus caſibus facile poſſent ꝑueni:
ri canonici:equū foret ꝑ papā vel ꝯciliū
ſup his prouideri.⁊ vide Hoſt.in ſum.ꝺ
elec.§.qualiter facienda.℣.quid ſi time:
Canōi= ant.vbi dicit ꝙ ſi timeāt canonici ne pa
coꝝ cau pa vel legatus ſuus preueniant:qꝛ pro=
tela ne pe ſunt/aut curſor aliquis qui ſolet vti
ꝑueniā: duplomate celeriter ꝓfectus eſt ad eos
tur. poſſunt eligere abſentibus non vocatis
et curialiter faciet contemptus ſi qꝺ fa:
ctū eſt ratificet:licet poſſet agere de con=
temptu.c.quod ſicut.de elec. qꝛ hoc nō
eſt iuſtū periculū.ar.C.ꝺ cri.fal.l.diſpu
tari.de ap.ſuggeſtū.de ꝑben.inter ceta=
Preſen ra.Et ꝑ ꝑdicta videť ꝙ ꝑ ſolā electionē
tatio ſo ꝑſentandi ℣balē vel litteratorie factā a
la nō i= patrono in abſentia collatoris ipſe pro=
pedit ꝑ= nus ꝑuenerit papā. Pone eñ ꝙ patro=
uētionē nus tpe vacationis bñficij longe diſtat a
collatore:ita ꝙ papa poſſet celerius adi
ri q̃ꝫ collator.et dat litteras ſue ꝑſentati
onis titio.tñ anteq̃ꝫ ꝑſentauerit lr̃as in=
ſtituēti alius impetrat a papa illud bñ=
ficiū.durū eſſet dicere papā ꝑueniſſe pa
tronū qui non fuit negligens et fecit qꝺ
in ſe eſt circa ſubſtantialia ꝑſentatōnis.
et hoc voluit Cōpoſ.in.c.capitulū.de re=
ſcrip.in glo.magna.§.q̄d ſi ꝑroni.⁊ Jo.
and.poſt eum.nā electo a patrono ꝯſen
tire volēte alius ꝑfici non debet. ar.c.cū
inter canonicos.de elec.⁊ ꝑſentatio cle=
ricoꝝ vim electiōis h3.no.Inno.in.c.cū
aūt.de iur.pa.et ſi papa ſciuiſſet ſic tali
ter electū vel ꝓceſſum ad ꝑſentationē ꝑ
patronū non cōtuliſſet:vel nō ita de faci
li.nec eſt ꝑſumendū papam voluiſſe ius
illi tollere qꝺ habuit ad petendā inſtitu
tionē.de verb.ſig.dilecto. de of.dele.ſup
eo.⁊.c.ex parte.i.ꝺ.c.ſi eo tēpore.vbi re=
ſeruatio papalis non viciat electionem
ꝑcedentē etiā ſi electus nondū conſenſe
rit.vt ibi no.fa.c.ſi tibi abſenti.de preb.
l.vi.cū ibi no.ꝑ Domi.qꝺ no.Archi.l.c.
ſi poſtq̃ꝫ.de ꝑbē.in.vi.ꝙ ſi papa cōtulit
alicui canonicatū ſub expectatione pre=
bende vacature:et poſtea cōfert preben
dam vacantē alteri nō facta mētione de
primo: non valet collatio per ea que di=
cta ſunt.qꝛ nō preſumitur papa voluiſ=
ſe ius illi tollere ex quo id non exprimit
idem La. ibidem etiam ſi proprio motu
papa prouideat. licet aliud Joh.an.ſen
nationis: ꝛ hoc non potuit denegare nominatus.cum enim multa requirantur in noīationibus: poſſet epiſcopus inuenire aliquos defectus: vnde non teneretur illi nominato ꝓuidere: vel forte q̄a tacuit beneficia priora ꝛ qualitates eorum: vt hic. aut inſinuatio nō fuit debite facta: vel quid ſimile. aut eius nominatio eſt poſterior alia nominatiōe q̄ ſimiliter fuerat epo preſentata: et multa alia veniunt vidēda in noīationibus: q̄ ſunt quaſi gratie expectatiue gn̄ales ad beneficia: ꝛ in ipſis eſt iudicandū ſicut de gratiȷs: niſi vbi deciſum eſt cōtrariū. interpretande ſunt enim ſm ius cōmune iuxta no. in deci.ro.cccclij. ꝙ verba gratiarū extenduntur ꝛ obligant̄ iuxta ius cōmune.vt ipſe gratie ampliorē conſequātur effectū. p Joh.and.in regula. qui tacet.de re. iu. in.vi.in mercu.ꝙ ſtatutū in dubio debet interpretari ſm ius cōmune. de conſti.ex litteris. de iureiu. ad noſtram.iȷ. de verb.ſig.ſup quibuſdam.et reſcriptū.no. Jnno.in.c.ſi.de eo qui mit.in poſ.in.c.i.vt lite pen. Bal.in l.iubemus.C.ad trebel. Bar.ꝛ Bald.in l.omnes populi.ff.de iuſti.ꝛ iu.ſc̄do volebat eps examinare nominatū quod ē admittendū ſi nominatus erat ignot⁹: puta oriūdus de alio epiſcopatu nomiatus ab alia vniuerſitate q̄ illa que eſt in ciuitate epi. licet enim p litteras nominationis ſatis cōſtet de gradu ꝛ ſciētia: non tn̄ de vita ꝛ etate. ad hoc.ſ.e.§.item vt de cetero: ibi.et approbatus.ȝ.eo.§.i. ver.ex his.per no. p Jnno.ꝛ alios.in.c. in lateranen̄.de prebē.et p iura ſc̄do alleg.nam periculoſum eſt inexperto cōmittere curā animarū.c.cū ſit. de eta.et quali.fa.qđ le. ꝛ no.in.c.ſi forte.de elec. in.vi.ꝛ epi intereſt? quia ſi indignū promouerit / puniēdus eſt.c.cū in cunctis. de elec.c.graue. de pb.ȝ.eo.§.ſtatuit.ꝟ. et nichilominus.c.nichil. de elect. et de promoto per eum tenetur in foro cōſciētie reddere rationem.ȝ.de elec.c.i.§.i.ꝟ. ſciētes.cū ibi no. vnde dicit Jnno.in.c. quia diuerſitatē. de cō.pre.ꝙ examinatio clericorū debet fieri in collatione bn̄ficiorum per ſe non p procuratorez.l.iȷ.

Nomia tiones ſunt ſi= cut gr̄e expecta tiue.

iuncta gloſ.ibi per ſeipſum.C.de his q̃ ve.eta.im.ſi tamē nominatus erat euidēter notus ⁊ dignus per diuturnā cōuerſationē in loco epiſcopali vel al's dʒ admitti ſine examinatiōe.per no. p Jo. and.in di.c.poſtq̃.

noti enim non ſunt examinandi.xlvij. diſt.de petro.c.ꝯſtitutis.cū ibi no.de ap.fallit in conſecrando qui q̃uis notus ſit:tamen examinatur.xxiij.diſt. qui epiſcopus.no.Hoſt.in ſum.ti.de ſeru.§.quid iuris. Henri.in.c. conſultationi.de temp.ord.nam ex quo apparet euidēter idoneus ſi epiſcopus eum nō admittit cōuincitur de malicia. arg.ff.qui ſatiſda.co.l.ſi vero. in fi. vbi qui recuſat idoneum fideiuſſorem tenetur iniuriarum.l.ſi creditores.ff.de pri. cre.ad hoc no.in.c.paſtoralis.de iu.pa. per doc.in.d.c.in lateranen.

nominādoꝝ ac nūerū[a] et q̃litates[b]

a ¶Numerum. ſicut in gratijs expectatiuis.c.ſi proponēte.c.poſtulaſti.de reſcrip.niſi vbi proprio pape motu concedantur.c.ſi motu. de preb.in.vi.cle.ſi romanus.eo.ti.et iō numerus eſt exprimendus in nominationibus vt ſciat ordinarius an nominatus habeat bn̄ficia vſq; ad numerum vel valorē.de quo.s. eo.§.inſup.ver.ꝙ ſi aliquis. et vbi concurrerent plures nominati minus beneficiato prouideat.

b ¶Qualitates.no.ꝙ in nominationibus tria ſunt exprimēda.p̄mo gradus. ſecundo numerus beneficiorum nominandi.tertio qualitates eorum.et intellige de qualitatibus notabilibus inherentibus beneficio de facto: puta facienda eſt mētio de cura animarū ſi quā bn̄ficium poſſeſſum habet.c.cum in illis. de prebē.in.vi.cle.i.eo.tit.ſm vnum intellectum exponendo verbum alteri ibi poſitum de prius habito. Item ſi illud beneficiū ſit dignitas.c.ad aures.de reſcrip.fa.regula cancellarie que habet ꝙ in gratijs ſup bn̄ficijs eccl'iaſticis de q̃litatibus illoꝛuʒ: videlʒ an dignitates pſonatus vel officia ſint eiſq; cura immineat animarum. et ad illa cōſueuerint qui per electionē aſſumi mentio fiat al's

Nomīatio tria continere debʒ.

gratie ſint nulle:que licet loquat' in q̃litatibus beneficioꝛum impetrandoꝛum. idē tamen dicebāt cōiter doctores ꝙ q̃litates beneficioꝝ obtentoꝝ erant exprimende. no. Hoſti.in.c.poſtulaſti. in.c.in nr̄a.de reſcrip. vbi Joh.cal. Panor. in di.c.ad aures. licet Jo.and.inclinet in ꝯtrium in.d.cle.ſed primū verius qđ ſequtur ibi geſ.⁊ h approbat' q̃tum ad nominatiōes.et rō eſt: q: nichil eſt tacēdū de his q̃ poſſunt mouere pricipē ad denegandū.c.q̃uis.de p̄b.in.vi.c.ſup l'ris de reſcrip.ar.c.is cui.de p̄b.in.vi.ſpe.ti. ij.§.nūc aliqua.v.ſʒ nunq̃d nocet.Fred. ꝯſi.cccxxv.de ro.deci.dcciij. Qualitates aūt p̄mi beneficij poſſunt mouere papā ad negādū ſecūdū ob reſidētiā ad quā ꝓpt' curā alaꝝ tenet' in p̄mo ⁊ ob vinculū quo p̄mo aſtringit' ꝓpter qđ luit' poterat i eo retineri.xxi.q.ij.ſi q̃s iam.q rō militat in nolatiōib'. nā ex p̄dictꝫ poſſet moueri vniuerſitas ad nō dandū nolatiōnē/ vel collatoꝛ ad nō cōcedendū bn̄ficiū iſti nolato: ſʒ alteri minus bn̄ficiato ⁊ indigēti q̃ nō h̄ret tot bn̄ficia.et ad p̄dicta fa.cle.ſi roman'.de p̄b.vbi ꝓuiſio facta motu ꝓp̄o valet:lʒ q̃litas vel nūerus bn̄ficioꝝ p̄moꝝ nō exp̄mat' innuēs a ꝯtrio ſenſu ꝙ ſi nō motu ꝓprio facta eſſet ſurrepticia cēſeret' ob tacitā qualitatē p̄oꝝ bn̄ficioꝝ.de q̃litate etiam reſidētie videt' faciēda mētio ſi primū bn̄ficiū req̄rat reſidentiā ex ſtatuto vl' ꝯſuetudine eccl'ie. ar.c.fi.ð cleri.nō reſi.⁊ p hūc tex.⁊ de bn̄ficio ānexo qñ due eccl'ie eēnt ſimul vnite:ita ꝙ neutra ſubeſſet vel eſſet acceſſoria alteri:ſʒ vtraq; eſſet p ſe p̄ncipaliter. Optet em̄ de vtraq; facere mētionē.arg. d.cle.i.de p̄b.c.i.in fi.de ꝯſe.ec.vel al.li. vi.l.gñaliter.ff.de fideiuſ.no.domi.in.c. ſup eo.de p̄b. in.vi.ſʒ vbi bn̄ficiū petitur tanq̄ p̄ncipale: ⁊ illud beneficiū habeat aliud bn̄ficiū annexū ⁊ acceſſoriū de bn̄ficio acceſſorio nō ē faciēda mētio: vt no. Jo.an.i.d.c.ſup eo.i no.ð ro.dec.cccixx. ccclxx.lʒ domi. vacillet in.d.c.ſup eo. de oꝛdine aūt annexo bn̄ficio nō eſt faciēda mētio.ar.c.ei cui.de p̄b.in.vi.no.cal.l.d.

Principē ola q̃ mouere poſſūt/ tangēda ſūt.

Surreptio tol lit' p motum ꝓpriū.

c.I nſa. Panor. l. d. c. ad aures. nec d red ditibus ſeu valore bñficiorum puto facien dã mẽtionẽ cũ nec h nec alio iure cauea tur. p no. per Panor. vbi. s. de ro. deci. cccxxxvi. ccxcvi. tñ regl'a cãcellarie vult q in impetrationibus bñficiorum a papa exprimatur valor bñficiorum obtentorum et obtinendorum: qd iure nõ ca

beneficiorum[a] que

uetur iõ in ſuis termis ſeruet. etiã non eſt faciẽda mẽtio de qualitatib' inherẽtib' bñficio de iure. ar. c. i. de cõſtitu. li. vi. de ro. deci. dcx. et vide omnino de ro. deciſi. cciij. cclvij. cccexiiij. cccccxlvij. cccccclxij cccccclxxxij. cxiiij. Sed nunquid ſufficit generalis mẽtio beneficiorum. puta nõ ob. q alia bñficia obtineat etiã ſi fuerint curata vel dignitates. et cetera. vt habet in. c. nõ poteſt. §. vl. de pbẽ. in. vi. Nõ. ſz fiẽda eſt expreſſio ſpãlis vt h ſatis ptz cũ de nũero et qualitate eorum loquitur. ad hoc cle. ſi. de offi. or. cũ ibi no. qd no. Archi. in. c. ſi. de offi. lega. in. vi. Sed an pcedat iſte tex. ſi vniuerſitas pprio motu det nolationẽ? arguit q nõ. quia tunc videt ceſſare vitiũ ſurreptiõis p. d. c. ſi motu. et ex quo nolatus nõ impetrauit nominationẽ: ſed vniuerſitas eã motu pprio conceſſit in quo peccauit ipẽ nolatus? certe in nullo. videtur ergo valere. ad hoc. l. i. C. d pe. bo. ſubla. no. in. d. c. ſi. de offi. lega. in. vi. vbi Joh. an. vult q mot' pprius legati tollit ſurreptionẽ collationis que pueniret ex taciturnitate bñficiorum. idẽ domi. Antho. et Pe. in. d. cle. ſi. Cõtra. veri'. cũ iſte textus gñaliter loquat / et dirigat ad vniuerſitates. ibi vniuerſitates teneant et cetera. iõ habẽt ſeruare iura. c. i. de cõſti. nec poſſunt cõtra ea facere. iux no. p Jo. an. in. c. ſi. de of. archipreſ. et tendit in fauorẽ ordinariorum et nolatorum: quia per talẽ expreſſionem bñficiorũ videbit ordinarius inter nolatos qs plus et quis minus erit bñficiatus et ita puidebit minus bñficiato: vt. s. dictũ eſt. nec opi. Johan. an. cõmuniter tenet: ſed dicunt quaſi oẽs q. d. c. ſi motu. habet locũ ſolum in papa q eſt ſolutus legib'. c. pppoſuit. de cõceſ. pbẽ. nõ in legato q hz ſeruare iura: et quia ptãs ci' eſt quaſi extraordinaria et piudicãs ordinarie poteſtati. iõ eſt reſtringenda. de quo per doc. in. d. c. ſi motu. in di. c. ſi. de offi. lega. in. vi. in. d. clemen. ſi. et in. d. cle. ſi romanus.

Vniuerſitatis mot' pprius an tollat ſurreptionem nolationis?

a ¶ Beneficiorum. de penſione ergo quã obtinet nomiandus ab eccleſia nõ vt bñficiũ eccleſiaſticũ: ſed vt ſtipendiũ et vt laic'. xxxij. diſt. ſi q. nõ eſt neceſſe fieri mẽtionẽ in nolatione: ſicut nec in lr̃is ad bñficia. no. Hoſtiẽ. in. c. poſtulaſti. de reſcrip. archi. in. c. ſi motu. de preb. in. vi. geſ. in cle. ſi. de of. or. ſec' forte videret ſi pẽſio eſſet creata auctoritate pape ſup bñficio: quia tũc ſuccederet loco bñficij. ar. c. ad audientiã. de reſcrip. cũ ibi no. p Jo. an. qui dicit q de tali pẽſione eſt fienda mentio in litteris beneficialibus. vnde videtur q habens penſiones ſup bñficijs aut beneficia vna cũ pẽſione vſq ad valorẽ ducentorum florenorum camere eſſet incapax nolationis et tertie ptis bñficiorum debite graduat. iux. §. inſup. ver. q ſi aliqs. s. eo. qd eſt multũ equũ tñ non eſt ſine aliquali dubitatione cũ di. ff. q ſi aliquis. loquat in bñficijs. et hic. §. ſimiliter. ſed ap. beneficiorum nõ veniunt hmõi pẽſiones: vt. d. c. ad audientiã. vbi annua penſio et bñficiũ ponũtur vt diuerſa. c. quis. de pb. li. vi. vbi ſi mandatur puideri alicui de beneficio etiam vſq ad certã ſummã nõ põt puideri de annua penſione: niſi hoc in litteris exprimatur. non eſt enim beneficiũ eccleſiaſticũ nec vllam habet ſpiritualitatem in ſe. ſed eſt quid mere tẽporale. iõ nõ põt pmutari cum bñficio. c. ſi. de rerũ pmu. c. i. e. tit. in. vi. ibi ſua beneficia. vbi ſol a beneficia cum bñficijs pmutantur. no. Guil. et alij in cle. i. de ſup. neg. prel. iõ dicunt de ro. deci. ccx. q de hmõi penſione nõ tenet impetrans facere mẽtionem niſi eſſet ppetua conſtituta iure bñficij q transfert de pſonã in pſonã. Sed nũquid de hoſpitali fiẽda eſt mentio in nomiatione. non videt. vbi nõ habet in titulum eccleſiaſticũ. cle. ij. §. vt autẽ. de reli. domi. ar. no. per Pau. in. d. cle. ſi. de of. ordi. et per hunc tex. qui loquitur de bñficijs ap. quorum non veniũt talia hoſpita

Penſio eſt pñt aliquẽ inhabilitare ad nolationes.

Penſio eſt quid mere tẽporale.

preſentationis[a] tempore poſſidebunt[b] ſui nominandi. Ita tamē q

lia nec poſſent permutari cum beneficio no. Jo.an.in cle.i.de rerum pmu. Fred. in trac.permu.q.xiiij.nec cadūt ſub gratijs etiā ſi habeāt beneficiū eis acceſſoriū.de ro. deci.cccclxxxiiij.contra.tñ eſt equius.q2 ſi nominādus exprimeret hoſpitale nō ſic de leui obtineret nolationē. ad hoc quod no. Frede.ꝯſil.cccxxv.vbi dicit q de tali hoſpitali debet impetrans bñficiū a papa vel legato facere mentionē:q2 de omni eo qđ poſſet mouere papā ad denegādū grām dz fieri mētio in litteris:vt dictum eſt.s.ſed nulli dubiū eſt q ſi impetrans bñficiū de hoſpitali faceret mētionem papa nō ſic de leui daret gratiam.

a ¶ Preſentationis.i.impetratiōis nominationū.alij exponūt.i.tpe inſinuationis nolationis.ſed primū verius. non eñ poſſet vniuerſitas dando nolationē diuinare q̄ bñficia haberet nolatus tempore quo eam inſinuaret.

b ¶ Poſſidebunt.pacifice.ar.c.lz.ij.de preb.in.vi.c.cōmiſſa. de elec.eo.li.cle.ſi plures.de pbē.extra. Joh.xxij.execrabilis.§.q̄ vero.ṽba eñ ſunt intelligēda cū effectu.l.nomē.§.habere.ff. de ṽb. ſig.c. relatū. de cle.nō reſi. cū ſi. ideo nō puto q nolandus teneaꝛ facere mentionē de beneficio cuius recredentiā habet ⁊ pēdet adhuc lis ſup poſſeſſorio:q̄a p recredentiā non efficitur pacificus poſſeſſor ſicut per primū decretū in realibus non conſequitꝛ miſſus veram poſſeſſionē ſed cuſtodiā.aut vt alij volunt poſſeſſionez cōmutabilē. q2 infra annū reo venienti et cautionē preſtāti de parēdo iuri dz reſtituere fructus pceptos.C.de preſcrip. xxx. vel.xl.an.l.ſi quis emptiōis.in fi.c. paſtoralis.§.preterea. de offi.or.c.i.⁊.ij. de eo qui mit.in poſ. recredentia tñ non eqparaꝛ oīno primo decreto.q2 eam habens per lapſum anni nō efficitur verꝰ poſſeſſor:ſed quotienſcūqꝫ euictus fuerit in poſſeſſorio reſtituet fructus.⁊ limita predicta niſi per habentē recredētiā ſteterit quominus pacifice poſſideat. iō debet ꝓſequi litē ſup poſſeſſorio.nec debet expectare q pars aduerſa ꝓſequaꝛ. arg.d.c.licet.d.c.cōmiſſa.vbi paria ſunt pacifice poſſidere vel per poſſeſſorē ſtare quominus pacifice poſſideat. dicere eñ cōtrariū eſſet fouere aliquē in pluribus beneficijs incōpatibilibus ſine diſpēſatione. in q̄buſ haberet dumtaxat recredentiā.Sz nū quid ſi obtinuit in poſſeſſorio ⁊ moueaꝛ ſibi q̄ſtio in petitorio dicaꝛ pacifice poſſidere.vide no. in di.c.cōmiſſa. vbi late p Domi.qñ dicaꝛ pacifica poſſeſſio. Pau. in cle.grē. de reſcrip.vbi dicit q pacifice dicitꝛ poſſidere q̄ poſſidet ſine cōtrouerſia iuris ⁊ facti iudiciali ⁊ extraiudiciali. no. Panor.in.c. de multa. de preben. vbi moder.⁊ no. ꝑpter ver.poſſidebunt. q nō eſt neceſſario faciēda mētio in nominationibus de beneficijs collatis: de quibus nōdum erat adepta poſſeſſio: licet p ſolā collationē queraꝛ ius i bñficio c.ſi tibi abſenti.de preben.in.vi. Innoc. in.c.inter cetera. de prebē.Bal.in.l.i.C. de rerū permu. Et poteſt permutari bñficium ante poſſeſſionē.no. Imol.in clemen.i.de re. pmu. quia hic ponderatur poſſeſſio nō ius.nec refert fuerit iuſta vł iniuſta.ar.c.eum qui. cum ibi no. de pb. in.vi.ideo ſi tempore nominatiōis erat nominādus ſpoliatus beneficio ſuo nō tenetur facere mentionē cum perdiderit poſſeſſionē.ff. de acquir.poſſeſ.l.ſi id quod.de off.deleg. conſultationibus.cū ſi.ſecus in gratijs expectatiuis. no. Jo. cal.⁊ Panor.in.c.in nr̄a. de reſcrip. Panor.in.c.cum teneamur.de preben.quia in eis non ſolum de iure in re: ſed ad rē eſt fienda mentio.vt in dicto cap.in nr̄a etiam de priori gratia.vt no. Johan.an. in regula:ignorantia.de regu.iur.in.vi. in mercu. Henri. in.c.poſtulaſti. de reſcrip.non ſic in nominationibus in quibus ſolum de beneficijs poſſeſſis eſt fiēda mentio. idem ſi per nominādos ſtaret quominus poſſiderent per eā que dicta ſunt: aut ſi dolo deſierint poſſidere. l.q ſi dolo.ff.de rei vend,c.ꝑ poſſeſſore. de regu.iur.in.vi.

Recredētia ſi facit aliquē pacificum poſſeſſorem.

Poſſidere pacifice q̄s dicatur.

Beneficiū ante adeptā poſſeſſionez pmutari poteſt.

Digitized by Google

collatores[a] nō teneant̄ in eoꝝ lr̄is[b] hmōi nō obſtātias exprimere[c] ſiue deſcribere. ¶Itē[d] ꝙ oīa p̄dicta[e] beneficia per ordinarios[f] ſcilicet[g]

a ¶Collatores.vel patroni.
b ¶Litteris.collationum vel preſen= tationum.
c ¶Exprimere.ꝯcor.cle.fi.de of.or. cū ibi no.Quid ſi nolat⁹ ex refutatione epi obtineat collationē a papa vel legato: nō facta mentione de p̄orib⁹ bn̄ficijs: videt̄ ꝙ nō valeat. per di.cle.et.c.fi.de of.leg.in.vi.vbi col latio legati nō valet ſi nō faciat mentio= nem de bn̄ficijs collatarij nec pape.ca. ſi motu.de p̄bē.in.vi.⁊ dꝫ hec diſpoſitio trahi ad.d.c.p.l.ſed et poſteriores.ff.de leg.⁊ vitanda eſt iuriū correctio.c.cū ex pediat.de elec.in.vi.et nouū ſtatutū in dubio dꝫ interpretari fm̄ ius cōe: vt.ſ. no.in.ꝟ.gradus.quare intelligēdus eſt iſte textus de alijs collatoribus a papa et legato qui etiā de iure cōi non tenent̄ exprimere in eoꝝ collationibus bn̄ficia collatarioꝝ. puto contrarium verius:cū iſte textus loquatur de oībus collatori= bus.generaliter ergo intelligatur.C.de vſufruc.antiq̄tas.xix.diſt. ſi romanorū. c.ij.de cōiug.lepro.nec ob.ꝯ.quia loquū tur in collationibus liberis. vtūtur em̄ ver.collationis ap.cui⁹ venit libera col latio nō inſtitutio aut alia neceſſaria di ſpoſitio.c.cum in illis.§.cum autem. de preben. in.vi.c.fi.de offi.vica. eo.lib.c.i. de inſti.eo.li.collatio autem que fienda eſt nominato in vim nominationis eſt neceſſaria.

Statutum nouum interp̄tet̄ fm̄ ius cōe.

d ¶Item ꝙ ola.oīs vacatio turnū fa= cit: vacationibus ex cauſa p̄mutationis et ſimplicis reſignationis exceptis.

Uacatio q̄libet an faciat turnū?

e ¶Predicta.ſ.eo.§.inſup.cū ibi no.
f ¶Ordinarios.hic dicūtur ordinarij īferiores a papa vel legato ad quos ſpe ctat collatio vel p̄ſentatio.c.ordinarij. d of.or.in.vi.j.de pac. poſ.c.i.§.ordinarij. cū ibi no.lꝫ em̄ legati poſſint ꝯferre bn̄fi= cia ſimpliciter tn̄ nō dicūtur collatores ordinarij:cū ptās eoꝝ a iure ſit acciden taliter introducta: ⁊ per factū ip̄oꝝ pre= iudicet̄ collatoribus ordinarijs natura= libus.gl.eſt no.in cle.ij.de of.or.Panor. in.c.fi.de confir.vti.lꝫ etiā papa ſit ordi= narius ordinarioꝝ.ix.q.iij.cuncta p mū dū.c.fi.de fo.cōpe.tn̄ appellatiōe ſimpli cis ordinarij ꝓpter ei⁹ prerogatiuā non venit.p ea q̄ no.in.c.ij.in.ꝟ.dignitatum de preben.in.vi.
g ¶Scilꝫ.reſtrin= git.et.ſ.eo.§.itē cir ca.j.d anna.§.item fuit deliberatuꝫ.ff. cō.pre.l.ſi in vēdi= tiōe. aliq̄n exponit p̄cedētia.ſ.in ꝓx.§.cū itaq̄.ff.de of.pre. l.cōgruit.§.furioſi. et vult dicere ꝙ bn̄fi= cia vacātia nō ſemp faciūt turnū: ſꝫ vbi cōferūtur p ordinarios. iō vacātia in cu ria q̄ ſunt pape a iure reſeruata.c.ij.c.p̄= ſenti.de preb.in.vi.⁊ que legat⁹ nō poſ= ſet cōferre lꝫ haberet ptātem cōferendi bn̄ficia qualitercūq̄ vacātia.de ro.deci. cccclx.cxxij.etiam reſeruata ſe.ap. nam aliud ē dicere beneficia apud ſe.ap.va= cantia: et reſeruata ſe.ap.de ro.deciſi.c. nō cadūt ſub nolationibus.et ad hoc.c. fi.§.in prebēdis. de cōſu.in.vi. niſi forte poſt menſem q̄n poſſunt p inferiores cō ferri.c.ſtatutū.de preb. eo.lib.et in caſu c.ſi apoſtolica.eo.ti.⁊ li.niſi iure preuen tionis a papa vel legato ꝯferrētur. Idē de alijs beneficijs vacātib⁹ in partibus nō enim cadūt ſub nominationibus vbi per preuentionē p papā vel legatū ꝯfer= rētur p hūc tex.iunc.§.i.ver. nec etiā.ſ. e.q2 nolationes nō poſſunt limitare po= teſtatem pape vel legatorum.Sed ꝯ fa. quod no.Archi.et Ioh.an.in no.in.d.c. fi.ꝙ in deuolutis ad papā ex negligētia inferioꝝ cadit optio de qua in illo.c.q̄a illa confert iure ordinario non de pleni= tudine poteſtat̄.⁊ tex.de illis nichil ex= cipit.videtur ergo ꝙ in eiſdē cadat nola tio.dictū archi.nō placet Henri.in.c.ab= bate.de ꝟb.ſig.q̄a cum in di.c.fi.dentur xx.dies ad optandū impoſſibile eſſet an te lapſum illorum.xx.dierum deuoluti= onem fieri ad papā: cum nec ante cur= rant ſex menſes competentes epiſcopo ad conferēdum.d.c.fina.§.ne autem.c. nulla.de cō.pre.⁊.c.q2 diuerſitatē.⁊ da= to ꝙ currerēt: nō currerēt niſi.xx.dies.et

Bn̄ficia in curia vacātia non facere turnum.

reſiduũ ſex mẽſium adhuc epõ ſupeſſet
⁊ ſic eſſet impoſſibile effectũ illius ꝯſue
tudinis de optando durare tpe deuolu=
tionis ad papã. ſic non hꝫ locũ ille.§. in
p̄bẽdis in talibꝰ bñficijs. ſꝫ Domi. ibidẽ
dicit ꝙ ſi canonicꝰ abſens ignorauit va=
catione prebende. tũc cum. xx. dies dati
ad optãdum currãt a tpe noticie. vt ibi
not. Jo. and. iſte poterit optare: qꝛ papa
cõferendo nõ intendit preiudicare iuri
alterius. facit. c. cũ olim. de re iudi. qđ no.
s̄. de elect. c. lꝫ. in ꝟ. impediri. ſꝫ iſtud nõ
placet Hen. vbi. s̄. vbi dicit ꝙ ſi poſſibile
eſſet ꝙ in deuolutis ad papã locũ habe
ret cõſuetudo nõ credit ꝙ papã ligaret:
qꝛ nõ ligatˀ cõſuetudine aut ꝯſtitutione
inferiorus: vt pꝫ in. d. §. in prebendis. de
iureiu. veniẽtes. not. Jo. mo. in. c. nõ pu
tamus. de ꝯſue. in. vi. in. c. i. de cle. egro.
eo. li. Archi. xij. di. illud. Guil. in extuag.
Jo. xxij. execrabilis. Hen. i. c. a nobis. de
ſen. excõ. in. c. dilecto. de p̄ben. Sic ⁊ be=
neficia que cõferuntˀ per papã vel lega=
tũ: aut iure p̄uẽtionis / aut deuoluto nõ
cadũt ſub noĩationibus: cũ ipſi nõ ligen
tur modificatiõibus eccleſie gallicane.
oporteret etiã eis iſinuare noĩationes ſi
eis ligarẽtur: cum ante inſinuationẽ nõ
afficiant. s̄. eo. §. ſtatuit. cum ibi no. niſi
vbi ꝯferrentˀ poſt acceptationẽ ⁊ requiſi
tionẽ collationis ab ordinario factas ꝑ
noĩatum. tũc em̃ eſt affectũ beneficiũ ta
liter ꝙ alteri cõferri non poteſt. per. d. §.
ſtatuit. ꝟ. ſi aũt. iũcto ꝟ. ꝙ ſi qͣs. s̄. e. §. i.
multi tñ aliter ſentiũt in deuolutis ꝑ ne
gligentiã prelatoꝝ que dicũt facere tur
nũ in preiudiciũ ipſorũ prelatorũ negli=
gentiũ illa cõferre. perinde em̃ eſt cõfer
re ⁊ negligere ꝯferre. arg. c. licet. ij. de p̄=
ben. in. vi. Sed ĩfra quod tẽpus habeat
noĩatus acceptare et petere bñficiũ va=
cans nõ eſt iure cautũ. ideo arbitrio bo=
ni iudicis videtur relinquendum. ff. de
iur. delibe. l. i. l. cõtinuus. §. cũ ita. de ver
bo. obliga. ad hoc. c. ſi clericus. cum ibi
no. in ver. negligẽter. de p̄ben. in. vi. vbi
gratia ſuꝑ beneficio vacaturo tollitˀ ne=
gligẽtia nõ petentis primũ beneficiũ va
cans: ſed qñ dicatˀ negligens. Jo. an. ibi
dem dicit relinquẽdũ arbitrio iudicis.

Bñficia ꝑ papã aut le=gatum collata non ca=dũt ſub noĩatio nibus.

☞

no. moder. in. c. tibi qui. in fi. de reſcrip.
in. vi. Bonus aũt iudex arbitraretˀ ꝙ de
bet petere infra ſex menſes: qđ eſt tẽpꝰ
iuris ad cõferendũ. c. ij. de ꝯceſ. p̄ben. et
p̄ſentandũ in patrono eccleſiaſtico. ca. i.
de iu. pa. in. vi. alˀs noĩatus negligẽs re=
putabitur: nec poterit ampliꝰ petere il=
lud beneficiũ. ꝑ. d. c. ſi clericus. ⁊ ita ha=
bet cõſuetudo. Sed pone noĩatus negle
xit petere beneficiũ debitũ ⁊ collator ne
glexit cõferre: ita ꝙ ex negligentia deuo
luta eſt poteſtas ꝯferendi ad ſuperiorẽ:
an poſſit illud petere a ſuperiore anteꝗ̃
fuerit aliꝗ collatũ? arg. ꝙ ſic. c. ſi tibi ab=
ſenti. de p̄ben. in. vi. l. mancipiorũ. ff. de
op. leg. de iu. delibe. l. ſi quis. et qđ no. in
d. c. ſi clericus. in verſi. aliã. ꝙ ſi neglexi
petere beneficiũ michi debitum ſi nõ eſt
adhuc aliꝗ collatũ / adhuc poſſum pete=
re. qđ not. Archi. in. c. dudũ. de prebẽ. in
vi. ꝙ expectans cũ clauſula acceptandi
infra mẽſem poteſt poſt menſem re inte
gra acceptare beneficiũ vacãs. qđ tamẽ
intellige vt no. in cle. i. de ꝯceſ. p̄bẽ. quã=
do erat canonicꝰ. de ro. deciſ. cccxxxi. ad
hoc. s̄. e. §. i. ver. ſi quis. vbi ſuperior ad
quẽ deuoluitur poteſtas ꝯferendi bene
ficiũ debitũ graduato: tenetˀ ſimiliter ei=
dem cõferre ſicut primus collator tene=
batur: puta ꝯtra. ꝙ nõ poſſit amplius il
lud beneficiũ acceptare: nec petere a ſu=
periore: qꝛ ex negligentia ſua illud ami
ſit / ⁊ poteſtas cõferendi nõ eſt amplius
apud collatorẽ grauatũ per noĩationẽ.
ad hoc qđ no. La. ⁊ Jmo. in cle. ſi de be=
neficio. de p̄ben. no. s̄. eo. §. item circa. ꝙ
qñ mandatur prouideri per executorẽ
certe ⁊ nominate ꝑſone: et illa negligit
petere beneficiũ: tunc habet locũ. d. c. ij.
de ꝯceſ. p̄ben. habet em̃ petere infra tp̄s
infra qđ habet conferre collator graua=
tus. vt pro op. in. d. clemẽ. nec ob. cõtra.
qꝛ loquũtur qñ res eſt oĩno integra: ita
ꝙ beneficiũ nõdum eſt collatum: ⁊ pote
ſtas cõferendi eſt adhuc penes collato=
rẽ grauatuꝫ. nec obſtat. d. ver. ꝙ ſi quis.
cũ loquatˀ vbi fit deuolutio ad ſuperio=
rem ex eo ꝙ inferior collator denegauit
conferre beneficiũ graduato ⁊ aliꝗ cõtu=
lit contra ordinẽ graduatoꝝ: tunc enim

Noĩatꝰ an poſ=ſit pete re bñfi=ciũ ad ſuꝑiorẽ deuolu=tum.

ſimiliter teneť ſuperioꝛ cōferre gradua-to qui in petēdo fuit diligens. aliud eſt in caſu ꝓpoſito in quo tā nolatus ꝙ̄ col latoꝛ grauatus ſunt negligētes: ideo li-bera poteſtas cōferendi deuoluta eſt ad ſuperioꝛē: vñ credo ꝙ lȝ collatoꝛ fuiſſet negligēs: nō tñ no-minat⁹: qꝛ alienat⁹ erat a mēte/vel ca-ptiuatus/vel iuſta cauſa abſens ⁊ ꝓcu-ratoꝛē dimiſerat qui moꝛtu⁹ eſt: vel his ſi. tūc hoc caſu bñficiū ſibi debitū nō per dit. nō eñ pōt dici negligēs qui poteſta-tem experiendi nō habet. c. fi. de elect. c. quia diuerſitatem de conceſ. pꝛe. ad hoc glo. in. d. ỽ. negligenter.

cōferēda[a] quocū꜖ mō va cauerint[b] alias ſcȝ ꝙ ex cauſa permutatōis[c]

a ❡Conferēda. hoc ỽ. fa. ꝙ bñficia de-uoluta ꝑ negligētiā pꝛelatoꝛū nō cadūt in turno. facit hic enim cōditionē. iuxta no. ꝑ Bart. in. l. i. ff. de cōdi. ⁊ demō. in. l. ſi tu ex parte. de acqui. her. Jo. de lig. in c. verū. de cō. ap. vt ſit ſenſus. bñficia ſcȝ conferēda. i. ſi conferātur ꝑ oꝛdinarios. alij intelligūt itrāſitiue: puta ꝯferēda. i. vbi habent conferri per oꝛdinarios nec impediuntur conferre.

Bñficia deuolu ta an ca dūt ſub turno.

b ❡Uacauerint. pꝛebēde ergo eccleſie in qua nō eſt certus numerus ꝑbēdarū moꝛtuis ꝑbēdatꝭ nō faciēt turnū: cū nō vacēt. c. ex pte. de ꝯceſ. ꝑb. nec bñficiū qͦ eſt de mēſa ꝑlati: qꝛ moꝛtuo vicario non vacat. cle. frequēs. ỽ. q̄dā etiā cū ibi no. de ex. pꝛe. cle. i. ❡. ꝑmiſſa. vbi glo. de ſup. neg. pꝛe. nec beneficiū cōmēdatū ꝑ moꝛ-tem cōmēdatarij ſm illos qui dicūt pꝛi-mam vacationē durare. de quo no. ſ. de elec. c. licet. ❡. i. tamē ſi ꝑma vacatio fuit in partib⁹ bene cadet in turno. quia in-terim durāte cōmēda nō potuiſſet nola-tus acceptare: ſicut nec oꝛdinarius con ferre. not. Archi. in. c. nemo. de elec. l. vi. nec bñficiū qͦ fuit vnitū debite viuente eius rectoꝛe: cū ꝑ moꝛtē ipſius nō vacet: ſed ꝯſolidatur cū bñficio cui eſt vnitum. arg. inſti. de vſufru. ❡. itē finitur. c. cōſul-tationibus. de dona. nec puto ꝙ nolatio impediat vel ſuſpendat vnionē que fie-ret viuēte rectoꝛe ꝑ hūc tex. ſecus ſi fie-ret de bñficio iam vacāte ⁊ debito nomi-nato: lȝ aliter multi dicāt in reſeruatio-ne: vt not. in. d. c. licet. ❡. i. in ỽ. impediri. nec optionē ꝑbēdarū in eccleſia vbi eſt ꝯſuetudo optādi: ⁊ nō optata remanebit nolato. ꝑ. c. fi. ❡. i. de ꝯſue. in. vi. de ro. de-ci. ccxix. ⁊. ccccclxvi. ccciij. al's. cccciij.

c ❡Permutatio-nis. cōcoꝛ. c. i. de re. pmu. in. vi. vbi gra tie bñficiales nō extēdūtur ad talia va-cātia ex cauſa ꝑmutationis: qꝛ debēt cō ferri ꝑmutare volētibus. c. inter cetera. de pꝛe. cle. i. de re. ꝑmu. niſi vbi ꝑmuta-tio non ſoꝛtiretur effectū ꝓpter culpam vtriuſ꜖ vel alterius reſignantiū. no. ſ. eo. ❡. ſequūtur. et niſi fraudulenta foꝛet permutatio: vt. d. c. i. de re. ꝑmu. l. vi. ibi ſine fraude. c. ij. de renū. eo. li. puta qꝛ fit de beneficio qͦ ſperabať ꝓximo vaca-re ab infirmo qui de eadē infirmitate de ceſſit infra. xx. dies: vt in regula cancel-larie ſi quis in infirmitate conſtitutus: vel a ſenio cōfracto. arg. d. c. ij. cū ibi no. in ỽ. alicuius ꝗa ſenectus moꝛbus eſt: ait Theren. alle. Jo. an. in. c. magne. de vo. ❡. verum. vbi Panoꝛ. ſumit argu. ꝙ ſtatutū de caſu infirmitatis habet locū in caſu ſenectutis. facit qͦ no. Joh. an. et Panoꝛ. in. c. qm̄ frequēter. ❡. in alijs. vt lit. nō conteſt. aut quia ꝑmutatur be-neficiū pingue cū tenui. arg. c. qꝛ veriſi-mile. de ꝑſump. c. ſup hoc. de renū. ꝯcur rētibus alijs cōiecturis. quādo permu-tat ſenex ſenio confractus beneficiū pin gue cum nepote iuuene habente tenue: quo caſu tres ꝑſumptiōes cōcurrūt. pꝛi ma ꝯiunctio ſanguinis. pꝛeſumēdū eñ eſt ꝙ caro et ſanguis reuelauerit iſtam permutationē. arg. c. graue. de ꝑbē. ſcða ratio ſenectutis. Uñ dicit Archi. in. c. ni-chil. vij. q. i. ꝙ facilius eſt admittēda re ſignatio egri ꝙ̄ ſenis: qꝛ ſenex pꝛeſumiť min⁹ viuere ꝙ̄ eger. et valde ſenex equi paratur grauiter īfirmo. de cle. egro. c. i. lib. vi. nam ſenectus eſt propinqua moꝛ ti. ideo ſenex ꝑſumitur ex ſenectute moꝛ tuus. ff. cōmo. l. ſi vt certo. ❡. nūc viden-dum. fa. ff. de do. cau. moꝛ. l. moꝛtis cau-ſa capiť ⁊ ibi glo. tertia: qꝛ nō eſt veriſi-

Grē bñ ficiales nō extē duntur ad bene ficia ex cā ꝑmu tatiōis vacātia

vel ſimplicis reſignationis[a] faciāt turnum[b] reſpectu preſentationis[c] vel collationis illis[d] de vniuerſitatibus vel ſtudijs[e] faciende[f].

¶ Item vt decetero floreat ſapientia ⁊ vigeant litterarū ſtudia: nullus ad titulos graduū et honorū[g]

-nſile ꝙ quis velit bñficiū pīgue dimittere pro tenui. arg. d. c. ſup hoc. ff. de pro. l. cū de indebito. ⁊ he p̄ſumptiões reddūt predictā ꝑmutationē ſuſpectā ⁊ fraudulentā vſqȝ ad ferendū ſententiā annullatoriā cōtra eā. ar. c. afferte. de p̄ſump. C. de rei ven. l. indicia. no. panor. i. d. c. q̄ʒ veriſil'e. in. c. i. de cle. non reſi. cōiter em̄ videm⁹ iſta fieri in fraudē: preſertim q̄ñ ſenex moritur poſt modicuʒ tēpus. ⁊ īfra viginti dies poſt ꝑmutationē: vt volunt de ro. deci. ccclxi. vna tñ iſtarū preſumptionū non ſufficeret ad iudicandum permutationem fraudoloſaʒ. de ro. deci. cxxix. ſic intellige qđ no. Joh. and. in no. in. d. c. i. de re. ꝑmu. Joh. de lig. in. d. cle. i. Frede. in trac. permu. q. xl. ſimul tamen iuncte ſufficiūt: niſi eſſent alie p̄ſumptiones illas excludētes: quia ſenex non poterat ſecure morari in pīgui beneficio vel alias ſimilis. arg. c. ad ſupplicationem. c. niſi cum pridem. §. propter maliciam. de renun. vij. q. i. paſtoralis.

a ¶ Reſignatiōis. volūtarie ⁊ exp̄ſſe. ſi em̄ beneficia vacent per ſuppreſſionē beneficij male factā. c. ex parte. de conſti. ꝑ vxorationē clerici vel ꝑ adeptionē epiſcopat⁹: aut ſecūdi curati: faciēt turnū. potius em̄ priuatiōe iuris q̄ꝫ renūciatione vacant: q̄ʒ cōpellunt' inuiti ad illa dimittenda. de cle. cōiu. c. i. c. de multa. de p̄ben. c. cū in cunctis. de elec. ſiliter moriens nō dicit' cedere beneficio. aliud em̄ eſt cedere: aliud decedere. c. fina. de v̄b. ſig. lib. vi. fa. no. in. c. q̄uis. ij. de preben. eo. li. in. c. ſuſceptū. de reſcrip. eo. li.

b ¶ Turnū. ſi. ver. ꝫ. eo. §. itē placuit.

c ¶ P̄ñtatiōis. a patronis eccl'iaſticis

d ¶ Illis. graduatis ⁊ nominatis. Et pro id eſt.

e ¶ Studijs. generalibus p̄uilegiatis ꝫ. eo. §. ſequuntur. ⁊. §. ſeq.

f ¶ Faciende. ſpeciale eſt ꝙ in nominationibus beneficia ex cauſa ſimplicis reſignationis vacantia nō faciunt turnū: quod non extenderem alibi vbi plures alternatim cōferrent vel preſentarēt. vt in caſu cle. plures. de iu. patro. ⁊ ſi. puta vbi rex ⁊ epiſcopus pariſieñ. alternatim ꝯferūt p̄bendas eccleſie collegiate ſācti Thome de lupera in qua canonicatū et prebendā habeo: cū vacatio per renūciationem ſimplicē ſit vera vacatio. de renū. per to. ⁊ ad eam extendūtur gratie beneficiales. ar. c. ſuſceptum. de reſcrip. in. vi. licȝ aliqui cōtra. dicant ꝙ impetrans primū beneficiū vacaturū nō debet habere vacaturū per renūciationem: q̄ʒ impetratio intelligitur de vacaturo per morteȝ. arg. l. ſi quis ſic. ff. ſolu. matri. vbi Bald. ⁊ Jmo. et ꝙ gratie beneficiales ſunt reſtringende. c. q̄uis. de preben. in. vi. ſed primū verius patet in. c. dudum. de preben. eo. li. ar. a ſpeciali in. c. i. de re. permuta. eo. li. Sed quid in dicto caſu et ſi. vbi rex ⁊ epiſcopus ꝯferunt alternatim prebēdas epiſcopus impeditur per nominatum libere cōferre prebendam/an perdat turnum ſuum: videt' de rigore ꝙ nō: ſed ſequētem conferet. ad hoc de ro. deci. cxc. vbi dicunt in pari caſu impeditum per expectātem nō perdere turnuȝ ſuū: quia impeditus impedimēto facti remanet illeſus. c. ſignificante. de pig. c. imputari. de regu. iu. in. vi. c. quia diuerſitatem. de cōceſ. prebē. hoc verū quādo ambo collatores ſunt eccleſiaſtici. quia ſi vnus eſt laicus ipſi nō p̄iudicaret'. per no. ꝫ. in pro. §. quibus ad plenū. in ver. eneruātur. ¶ Itē vt decetero. primo ne precipitata ⁊ indignorū fiat ad gradus promotio ꝓhibetur. ſcđo contra facientes puniūtur. ſcđa ibi. contra.

g ¶ Honorum. honor alit artes: vt ait Tullius. ⁊ naturaliter appetit'. no. ſpec. ti. de cita. §. iam de citatione. ver. porro. et dicit lex ꝙ ſcholaſtici ſunt per p̄mia ⁊ ſtatus honorificētiam inuitandi. C. de

Bñficia ſimpliciter reſignata non faciūt turnum.

diuiſio textus.

☞

aſſeſſo.l.i.§.in pro.§.quibus ad plenū. §.quicq;.quare aūt ſcribat honor per h. no.Joh.an.in.c.ad aures. de re.eccl.nō ali.in.c.ſi religioſus.in no.de elect.l.vi. ſed aliter dicit aulus geli⁹ noctiū actica carū.et no.hic magiſteriū ꝛ doctoratū eſſe honorez.cle. ij.de magiſ. ad quē ꝓmoueri nō dꝫ niſi qui ſit legitime natus.ff.de mu. et ho.l. honor.§.de honoribus. no.geſ.in.d.cle. ſed ibi dicit car.flo.vſu non ſeruari.

Doctor eſſe non pōt/qui illegitimus eſt

aſſumatur niſi idoneus[a] et approbatus[b] moribus[c] et ſcientia[d] atq;

a ¶Idone⁹.b.tho. quolibet.iij.q.iiij. dicit nō eſſe licitū ꝓcurare magiſterium aut doctoratū.ſi al's ſit idoneus ꝛ ad bonū finē querat ꝛ debito modo.ſed ꝑlaturam ꝑſertim ep̄atum: ꝛ ſi al's idone⁹ ſit ꝛ ad bonū finē nunq̄ licitū eſſe: vt dedu cit Anto.in.ij.ꝑte ſum.ti.iij.c.v.Aug.tū de ancho.in lib.de poteſ.eccle.tenet non eē licitū etiā ſi idone⁹ ſit ad magiſteriū: qđ ſi verū eſt peccarēt q̄ admitterent tales.ſꝫ durus eſt hic ſermo ꝯdēnare tot ꝛ tātos.ꝛ Jo.an.in cle.ij.de magiſ.ſequit beatū Tho.per.c.in ſcripturis. viij.q.i. de quo hen.in.c.qꝛ nonnulli. de magiſ. ꝛ vide.q.mer.Joh.an.in.c.cū quid ꝓhibetur.de regu.iur.in.vi.

b ¶Approbatus . a doctorib⁹ a quib⁹ debꝫ examinari.C.de pro.ꝛ medi.l.magiſtros.li.x.ꝛ debēt eſſe ad min⁹.vij.doctores examinantes.vt ibi no.ar.l.ſi q̄s eo.ti.q̄bus debet preſentari ſcholaris a ſuo doctore.C.de off.ma.off.l.i.et ſemel approbatus in doctorez vel magiſtrū:ſi poſtea reperit inſufficiēs pōt ꝛ debet reprobari ꝛ inſignijs doctorat⁹ priuari.l. grāmaticos.C.de pro.et me.lib.x.ff. de mu.ꝛ ho.l. vt gradatiꝫ.§.reprobari. vbi Bar.de excu.tu.l.ſed et reprobari.nā in eis ſubeſt publica vtilitas cū ꝓpter preſumptionez gradus doctores ad multa publica officia admittātur: ꝛ imperitia multos ledūt.no. Panor.l.c.de illis. de deſpon.ipu.in.c.cū ſcđꝫ.ꝑ ibi no.de preben.vbi etiā dicit ꝙ examinat⁹ ꝛ approbatus in licentia pōt in examine doctorū reprobari:cū ex noua cā potuit inutilem ſe reddere: vt ſi fuit magnum interuallū inter licentiā ꝛ doctoratuꝫ. poſſet etiam dici ꝙ nō dato interuallo adhuc licite poterit reprobari i examine publico:qꝛ anteq̄ aliquis adipiſcatur gradū doctoratus debet ter examinari. ꝑmo a doctorib⁹ ꝑſentātibus.l.nemini.C.de aduoc.diuer.iudi. ſcđo a doctorib⁹ ſigillatim ꝛ in priuato examie.tertio in publico . ad hoc.d.l. magiſtros.iunc.cle.ij.de magiſ.cum ibi nota.per geſ. Panor.in.c.non poteſt. de re iudi.fa.l.i.C.de athle.lib.x.vbi athleta debet trinā reportare victoriā in pugna anteq̄ eximatur a ciuilib⁹ muneribus. nō eñ poteſt in vnico examine deprehendi eius ſcientia.ꝛ ita no. Bart.in d.l.i.Archi.in.c. de quibuſdam. xxxvij. diſtin.ꝛ vide Bald.in auſ.habita.C. ne fil.pro pa. vbi dicit ꝙ doctorandus poteſt approbari per ſolū cancellariū ſtudij:quādo collegium doctorū dolo verſatur cōtra eum ſi ipſe cancellarius habet rei peritiam:niſi ex forma ſtatuti requiratur certus numerus doctorum in approbando.

Doctorand⁹ ꝑ ſolū cācellariū pōt approbari

c ¶Moribus.arg. ex ordine littere boni mores preferuntur ſcientie. no.§.eo. §.i.ver.iuuenibus.

d ¶Sciētia.concor.l.magiſtros.C.de pro.et me.li.x. de pro. qui in vr.con.do. l.i.li.xij. turpe eñ eſt magiſtro ſcientiaꝫ in qua verſatur ignorare.l.ij.§.poſt hos ff.de ori.iu.ideo iuriſperitus doctor minor vigintiq̄nq; annis allegās ſe leſum nō eſt audiendus tanq̄ allegans ſuam turpitudinē.ad hoc.l.i.C.qui et aduer. quos.cum ibi notatis per glo. et docto. quod no. Bartho.in.l. ſed et reprobari. ff.de excu.tu.l.profeſſio.C.de mu.pa.li. x.et ibi not. et hoc vbi eſſet deceptus in iure ꝛ certat de lucro captando.lꝫ alius reſtitueretur.ff.de mino.l.ꝛ ſi ſine.§.i.ſi autem de damno licet non preſumatur decipi : tamen ſi certum ſit reſtituetur. ff.de condi.inde.l.ſed ꝛ ſi me putem.de iur.ꝛ fac.igno.l.iuris.l.error. ideꝫ ſi eſt decept⁹ in facto quod periti ſſimos fallit.l.ij.et.l.regula.in princi.co.titu.

Examinatio ſcholarū p q̄t dꝫ fieri.

bñmeritus[a] nec ita leuis et nimiũ p̃cipitata[b] ꝓmotio[c] fiat. Nã (vt no tũ[d] eſt ⁊ cũctis ridiculoſum[e]) multi

a ¶Benemeritus. ſi.ꝑ.ẽ.de elec.§.itẽ nec credit.j.de nu.⁊ qua.car.c.i.in fi.vnde viles ⁊ infames nõ debẽt admitti ad doctoratũ: qui eſt dignitas.l.aduocati. C.de aduo.diuer.iu.Bar.i.l.i.C.de no. C.cõ.l.prouidendũ.C.de poſtu.l.iudices.de digni.lib.xij.⁊ ibi bar.vbi doctor dicat nobilis. Ja.bu.in p̃n.ff.veteris.vbi dicit ꝙ excõicatus vel hereticꝰ non põt eſſe doctor:qꝛ iurat ſe fidelẽ eccleſie.ad hoc.l.fi.C.de iudi.cuꝫ ibi no.p Bar.ſed ibi Bal.ↄtra.⁊ doctores approbantes debẽt iurare doctorandũ eſſe habilẽ.C.de aduoc.diuer.iu.l.nemini.no. in.l.magiſtros.C.de pro.⁊ me.lib.x.

b ¶Precipitata.no.contra momentaneos magiſtros ⁊ doctores qui plerũꝗ fiunt ſtudio non completo ⁊ ſine examine contra dictum hiero.longo tempore diſceque poſtmoduꝫ doceas.c.ſic viue. c.ſi clericatus.xvi.q.i.non poteſt.quis in breui tempore multum adiſcere.arg. xlviij.diſt.§.i.c.tam litteris.de in integ. reſti.nemo eñi repẽte fit ſummus.de peni.diſt.ij.§.hec que de charitate:niſi ingeniũ ſuppleret tẽpus: vt no.in.d.c.taꝫ litteris.fa.quod le.⁊ no.lxxvij.diſt.monachus.tunc eñi ingeniũ vtitur duplomate.l.cõtinuus.ff.de verbo.obli.Secũdum hoc aliqui baccalarij poſſunt licẽtiari per miſericordiam: aliqui per rigorem.no.Archi.de peni.di.i.quẽ penitet. vt in mediocribus tẽpora determinata ſeruẽtur.de quibus no.in.c.cum ex eo. de elec.in.vi.in.d.c.ſic viue.per Bar.i.l. petitionem.in.l.iubemꝰ.C.de aduo.diuer.iudi.in ſubtilibus autẽ breuius tẽpus ꝑ iura alleg.⁊ dicit Panor.in.c.conſtitutis.de ap.et per illum tex.ꝙ ſcholaris notorie peritus poteſt tranſire ſine examinatione/vel ſaltẽ modica pro forma.ad hec.xxiiij.diſtinct.nullus.vnde Sene.beneficio capacis ingenij pluſꝗ̃ pro tẽpore auriſti.et hiero.cõtra rufinũ in memoriter tenendis preceptis doctorum ingenio pro libris vtebantur.et ad pauli ingeniũ docile ⁊ ſine doctore laudabile eſt.non eſt tamen ingenio confidendum.c.ne innitaris.de conſti.qđ eſt contra illos qui plus credunt per ſe ſolos adiſcere ꝗ̃ a doctoribꝰ audiendo qđ fatuum eſt.quia ſermo per aurem cõceptus facilius i corde cogitationẽ generat.xliij.diſti.ſit rector.ad fi.et hiero.in pro.biblie.habet neſcio qđ latentis energie viue vocis actus ⁊ in aures diſcipuli de auctoris ore trãſfuſa fortiꝰ ſonat.ad hoc cle.i.de magiſ.ibi inſtructionis ⁊c.et dicit canon.prius oportet adiſcere ⁊ poſtea p̃dicare.xxxvi.di.§.ecce ſalomon.et qui ſemetipſos inſtruunt magiſtri ſunt erroris:qꝛ veritatis diſcipuli primitus non fuerũt.xxiiij.q.iij.qđ autem.⁊ hierony.vbi.ẽ.vt intelligeres te in ſacris ſcripturis ſine mõſtrante ſemitam non poſſe ingredi ⁊c.quod medicorum eſt promittũt medici.tractant fabrilia fabri.ſola ſcripturarũ ars eſt quã ſibi paſſim omẽs vendicant.ſcribimus indocti doctiꝗ poemata paſſim.ait Ora. in rudibus tẽpus prolixius eſt ſeruandum.quia nõ ſufficit in ſcholis diu fuiſſe:ſꝫ laudabiliter vixiſſe ⁊ bene ſtuduiſſe inquirẽdum eſt.xij.q.ij.gloria epiſcopi.in fi.arg.C.de his qui ve.eta.impe. l.ij.not.in.l.vnicuiꝗ.C.de pri.ſa.ſcri. lib.xij.in.d.c.tam litteris.

c ¶Promotio.que plerũꝗ fit per corruptelam ⁊ imperfectũ ſcientie ſupplet pfectio pecuniarũ.dicit Jo.an.in cle.ij. de magiſ.promotus tñ ad doctoratuꝫ p corruptelam doctorũ nõ videtur doctor Bar.in.l.athletas.ff.de excu.tu.idem ſi per ſaltuꝫ fuerit ꝓmotus.l.nemo.C.de aduo.diuer.iudi.vbi Bar.ad hoc.c.i.de cle.per ſal.pro.cum ibi no.

d ¶Notum eſt.per rei euidentiam.

e ¶Ridiculoſum.i.riſu et deriſione dignum.xi.q.iij.ridiculũ.C.de le.l.fi.hiero.ſi quiſpiã aduerſus mathematicos velit ſcribere iperitꝰ matheſeos riſui patebit.xxxvi.di.q̃ de mẽſa.⁊ đ tali ſcribit Ora.parturiẽt mõtes naſcet̃ ridiculus mus.ſpe.ti.de aduo.§.nũc de exordijs.

Licẽtia põt dari dupliciter ſtudẽtibꝰ.

Scholaris notorie peritꝰ põt tranſire ſine examine.

Doctrina ſine p̃ceptore neqt haberi.

Pecunia ſupplet ipfectum ſciẽtie.

magiſtro℞ nomen[a] obtinēt q̄s adhuc diſcipulos[b] magis eē deceret[c]. ¶Cōtra faciētes[d] aut venientes[e] priuilegijs[f] regalib⁹[g] eiſdē vniuerſitatibus ↄceſſis ipſo facto ſint priuati. ¶Item[h] voluit dicta congregatio: ꝙ decretū[i] faciēs mentionē ꝙ oīs futurus[k] romanus pōtifex[l]

a ¶Nomen. ſed re carent ⁊ effectu: ſic multi ſunt hoīes noīe et pauci re: vt ait Tulli⁹. ad denotāduꝫ ꝙ prorſus ignari nō debēt dici hoīes: ſed poti⁹ imagines hominū. no. Joh. an. in. c. prudentiā. de offi. delega. ad hoc xl. diſt. multi. c. non omnes. ij. q. vij.

hoīes dici non debent prorſus ignari.

b ¶Diſcipulos. miſerū eſt illos fieri magiſtros q̄ formā diſcipulorū nō nouerūt. c. miſerū. lxi. diſ. de elec. cum in magiſtrū. et impudēs eſt q̄ ſtatim dux eē deſiderat cū tiro ante non fuerit: et prius velit docere q̄ꝫ diſcere. lix. diſt. ſi officia. ⁊ quādo ille efficitur ꝑlatus qui vix poterat eē diſcipulus cecum alal deo offert. xlix. diſt. ſacerdotes. ⁊ peccāt tales indignos promouētes ⁊ promoti q̄ anhelant. de quo per Archidia. xlviij. diſtin. §. i. Jo. an. in clemen. ij. de magiſ.

c ¶Deceret. melius eñ eſſet paucos idoneos ꝓmouere / q̄ꝫ tot illitteratos. c. cū ſit ars. de eta. ⁊ q̄li. cū ibi no. et hodie turba magiſtro℞ inutiliū magr̄os cōtēptibiles facit. glo. i auṫ. de referē. in ꝑn. col. ij. Panor. in. c. i. de ꝑui. in. c. ſolite. de ma. ⁊ obe. vbi diċ ꝙ hodie vileſcit dignitas clericat⁹ ꝓpṫ numeroſitatē. xciij. di. legim⁹. olim aūt q꞉ nō ꝓmouebanṫ clerici / idiſtricte habebanṫ in ſummo honore.

d ¶Faciētes. i. ꝓmouentes indignos.

e ¶Venientes. i. indigni aſpirātes ad promotionem.

f ¶Priuilegijs. ſcholares habēt multa priuilegia. no. Spec. titu. de reo. Bal. in auṫ. habita. C. ne fil. pro pa. aliquid ſ. eo. c. i. §. ſequuntur.

g ¶Regalibus. No. ꝙ prīceps ſecularis pōt cōcedere priuilegia vniuerſitatibus ēt eccl'iaſticꝫ ſicut eccleſijs. lxiij. di. in ſynodo. iūcta glo. de in iteg. reſt. auditis. glo. et Inno. in. c. auditis. de p̄ſcrip. hoſti. ⁊ Inno. in. c. veniēs. eo. ti. quo ad tpalia. viij. di. quo iure. ⁊ ibi Archi. non quo ad ſpūalia, c, tua, de deci, q꞉ ptās cōcedendi priuilegiū depēdet a ſuperioritate quā h꞉ ↄcedens ſup re cōceſſa. ideo non pōt rex vel princeps ſecularis dare priuilegiū ſup ſpūalib⁹ in q̄bus nullam habet ſuperioritatē. xcvi. diſt. bene quidem. de cōſti. eccleſia. ⁊ no. ꝙ hic bene dicit regalibus: nō papalibus: q꞉ non potuiſſet congregatio gallicana ponere os in celum.

prīceps ſecularꝫ pōt vniuerſitatib⁹ etiā eccleſiaſticis ꝑuilegia ↄcedere

h ¶Item voluit. ro. pontifex. ꝓuidere pōt per reſeruationeꝫ aut gratiam expectatiuā in forma mandati hic limitati de vno bn̄ficio ad collationē in qua fuerint decem: ⁊ de duobus in qua quinquaginta.

i ¶Decretum. ſ. eo. §. i. ver. nō tamē.

k ¶Futurus. ſic nō videbatur includi eugeñ. iiij. tunc papa cū verbū futurus futurū reſpiciat non preſens. aliquādo tamē vnū tēpus poniṫ pro alio. no. in. l. nulli. C. de epi. ⁊ cleri. in. l. talis ſcriptura. ff. de lega. i. de ꝟbo. ſig. l. verbū. xxxij. q. v. ſi paulus. de cōſe. di. ij. in chriſto.

l ¶Roman⁹ pōtifex. nō puto ꝙ hodie legatus de latere poſſit reſeruare beneficia in hoc caſu ⁊ alijs caſibus pape ꝑmiſſis per. §. i. ſ. eo. ver. reſeruationes. vbi reſeruationes pape ⁊ legato℞ ſunt dānate. iūcto ver. ſeq. non tamen vbi ab illa regula excipit caſuꝫ permiſſum ro. pon. dūtaxat. de legato autē nullā mentionē facit: nec in alijs locis vbi reſeruationes pape ꝑmittunṫ. ſ. de elec. c. i. circa ꝑn. et. c. licꝫ. exceptio aūt firmat regulam in caſibus non exceptatis. ff. de pe. le. l. nā quod liquide. §. vlti. xxxij. q. vij. dn̄s. vbi no. c. ij. de coniu. lepro. c. cū dilecta. de cōfir. vti. no. Jo. an. ſuper rub. de reg. iu. in. vi. i no. Bal. l. l. i. C. d̄ poſthu. here. inſti. licet nō extēdat vl' ampliet regulā ad caſus ſub ea non includibiles: vt ſentit Archi. l. d. c. dn̄s. quia exceptio venit ad diminutionem regule. ergo nō debet operari contrariū: ſcꝫ augmētum ff, de leg, i, l, legata inutiliter, no, bar, i, l,

Reſuatōes ſūt dānate.

poſſet ꝓuidere[a] ſuo tēpoore:[b] vel facere[c] ꝓuideri de vno bñficio reſpectu collatiōis in qua fuerit decē: ⁊ de duob⁹ in qua fuerit q̄nquaginta: extēdatur ſil'r ad dominum noſtrum papam[d] modernū. ¶ Et qz in ip̄o decreto dicit: ꝙ poſſit q̄libet roman⁹ pōtifex modo tū licito et honeſto ⁊c. Viſum[e] fuit ipſi congregatiōi hoc debere fieri ꝑ mādatum[f] apoſtolicuȝ collatoribus vel patronis eccleſiaſticis dirigendū[g]

generali.§.vxori.ff. de vſuf.lega.in.l.q̄ſitū.§.deniq̄ȝ.de fun.inſtruc.per hoc dicit Pe.de ancha.I.c.ij.de of.vica.in.vi. ꝙ ſi ep̄s cōceſſit vicario ſuo: ꝙ poſſit oīa que ip̄e collatiōe bñficioꝝ excepta dūtaxat per hoc non poterit exercere alia que non veniunt in gñali cōceſſione. de quibus habetur in d.c.ij.itē vbi diſpoſitio vtitur v̄bo ro. pon. non extēditur ad legatum quando nō extēderet ad epiſcopum. ad hoc no.per Jmo.in cle.ij.de of.or.per La. ⁊ Domi.in.c.ſi abbatē.de elec.in.vi. nec obſtat ꝙ legat⁹ de latere poteſt ea que papa ſibi ſpecialiter nō reſeruauit. c.quod tranſlationē.de of.leg. quia reſeruare bñficia vacatura in caſibus permiſſis ſatis eſt reſeruatū pape ſpecialiter vt dictū eſt ꝑ conciliū contra qđ non debet tangere legat⁹. ſicut nec prohibita per alia concilia tangere poteſt diſpēſando aut alias cōtra veniendo.c.fi.c.dilectus.et ibi no.de fi.preſ.c.dilecto.§.ꝓcurator. de preben. vbi Panor.glo.in.c. cum dilecti.de elec.no.in.c.fi.de here.in vi.ad hoc.c.ex parte.đ capel.mo. ꝑ doc. in.c.i.de ex.pre.in.vi. Panor.in.c.quod dilectio.de cōſan.⁊ affi.in.c.ex parte. de tranſac.ſpe.ti.ij.§.nunc tractemus.ver. de illo.⁊.§.nunc oſtendendū.v̄.legat⁹.⁊ .§.ſupereſt. in fine.i.colū.nec poteſt venire cōtra priuilegiū alicui conceſſum. no.in.c.pro illorum.de preben.predicta intellige niſi haberet mandatū ſpeciale de reſeruando in caſibus pape permiſſis.d.c.qđ tranſlationem.tunc enim auctoritate pape reſeruaret. Ea enim que gerūtur a legato ex ſpeciali mādato pape videntur fieri a papa. ſecus de his q̄ facit ex vi generalis legatiōis.c.cū olim de conſue.c.hi qui.de preben.in.vi.no.J. de ſub.cle.c.i.no.ſpecu.in.d.v̄.legatus.

Legati geſta a quo creduntur facta.

a ¶ Prouidere. reſeruando ſibi prouiſionem beneficij vacaturi al's per preuētionem et iure deuoluto ſemꝑ ſibi licet. ſ̄.eodē.§.i.ver.nec etiam.

b ¶ Suo tempore.i.durante eius pontificatu. Si enim renunciaret papatui c.i.de renuncia.in vi.certū eſt ꝙ amplius conferre non poſſet.

Papa papatui renūciare ꝑt

c ¶ Facere. dando gratiā expectatiuam cum executore ad prouidendum vel compellēdum.

d ¶ Papam. Eugenium quartum.

e ¶ Viſum. iſtud aduiſamentum nō potuit nec poteſt iponere legem pape.xxi.diſ.inferior.per no.ſ̄.eo.§.i.ver.adijciens.ideo.d.decretum in.v̄.non tamen intendit remanſit vt iacet validum: nec eſt eccleſie gallicane interpretari illa verba : modo tamen licito et honeſto: cum factum pape concernant : et interpretatio inferioris non ligat ſuperiorem.c.cum veniſſent.de iudi.no.in.c.i.de poſtu.pre.hec tamen interpretatio equa eſſet ſi fuiſſet per concilium approbata.

f ¶ Mandatū.qđ expirat morte mandantis vbi non eſt deuentū ad aliquem actum tendentē ad effectū mandati.c.ſi cui.§.ij.de preb. in.vi.cū ibi no. per doc. vt ſi mandatur michi prouideri de bñficio.ſi autem per mandatum gratia erat facta: vt quia michi contulit canonicatum et prebendam ſi vacat: vel que primo vacauerit nulli alij de iure debitam morte mandātis ante aſſecutionem prebende non expirat.c.ſi ſuper gratia. de offi.deleg. in.vi.de cuius.c.intellectu vide in de ro.deci.cclij.

Mādatū morte mandantis expirat

g ¶ Dirigendum.olim mandatū bñficiale aliquando dirigebatur ſoli collatori vt ꝓuideret de p̄mo qđ impetrās acceptaret: ⁊ tūc nō eſt affectū bñficiū etiam

